


Ayuntamiento de Madrid

The image shows the front cover of a book with a marbled paper design. The marbling features large, irregular, dark blue-green spots on a reddish-brown background, with smaller light green and greyish spots scattered throughout. A small, rectangular, cream-colored label with a scalloped edge is affixed to the top center of the cover. The label contains the text 'R' above '803'.

R
803

Ayuntamiento de Madrid



Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Comunidad de Madrid
Ayuntamiento de Madrid



Comunidad de Madrid
Ayuntamiento de Madrid

Homelia prima Fo. ij.

Incipit prefatio Gregorii pape in homeliis super ezechielem prophetam.

Dilectissimo fratri. Mariano ep̄o Gregorius seruus seruorum dei homelias quae in libro ezechiele prophetae ut coram populo loquebar excepte sunt multis curis irruentibus et abolitioe reliqua. Sed post annos octo petentibus fratribus notariis credulas requirere studui easque fauente domino transcurrere inuestigabam angustia tribulationum sicut emendavi. Tua itaque dilectio has sibi ad legendum mitti poposcerat. Sed valde incongruum credidi ut aqua despicabile hauriret: quae constat de beatorum patrum abrosii atque augustini torrentibus profunda ac perspicua fluentia assidue bibere. Sed rursus domini cogito quod sepe inter quotidianas delicias etiam viliores tibi suauiter sapiant: transmissi minima legenti potiora ut dum cibi grossior velint per fastidium sumit ad subtiliores epulas avidius redeatur.

ExPLICIT prefatio

Incipit homelia prima

Dei omnipotentis aspiratione de ezechiele propheta locuturus: prius debeo tempora et modos aperire prophetie: ut dum accessus eius ostenditur: virtus melius cognoscatur. Prophetie tempora tria sunt: scilicet preteritum presens et futurum. Sed sciendum est quod in duobus temporibus prophetia ethymologiam perdit. Quia cum ideo prophetia dicta sit quod futura predicat: quando de preterito vel presenti loquitur rationem sui nominis amittit. Quoniam non prodicitur quod venturum est: sed vel ea memorat que transacta sunt: vel ea que sunt. Que tamen tria prophetie tempora verius loquimur: si ex sacre scripture testimonio ostendamus. Prophetia de futuro est. Ecce virgo concipiet et pariet filium. Prophetia de preterito: In principio creauit deus celum et terram. De presentia enim tempore dixit homo quo non erat homo. Si de presenti est: quando paulus apostolus dicit. Si quis de presentibus prophetent: intret aliter quis infidelis vel idiota: cum

A.
Propheta
vñ dicitur

I. Iose. vij.
Señ. i.

Coz. xij.

AA. ij.

Liber primus

citar ab omnibus diiudicatur: ab omnibus occulta cordis eius manifesta sunt. Et ita cadens in faciem adorabit dñs: pronuncians qđ vere deus in vobis sit. Cum igitur dicitur: occulta cordis eius manifesta sunt: profecto monstratur: quia per hunc modum prophetie spiritus non predicat quod futurum est: sed ostendit quod est. Quo autem pacto prophete dicatur spiritus qui nihil futurum indicat: sed presens narrat. Quia in re aduertendum est quod recte prophetia dicitur: non quia dicit ventura: sed quia prodit occulta. Rem cuiuspe quamlibet sicut ab oculis nostris in futuro subtrahunt tempora: ita ab oculis nostris in presenti subtrahit causa. Ventura etenim res occultatur in futuro tempore: presens autem cogitatio absconditur in latenti corde. Est etiam prophetia presens cum res quelibet non presentium: sed per absentem locum tegit: quod tamen per spiritum denudat. Et ibi sit presens prophetie animus: ubi presentia non est corpus. Nam si quis longe a propheta recesserat: cum naaman syri muneribus percipiebat. Cui tamen idem propheta dicit. Nonne cor meum in presenti erat quando reuersus est homo de curru suo in occursum tibi? Sciendum quoque est quod prophetie tempora inuicem sibi percipiunt ad probationem: ut aliquando ex futuris preterita: aliquando vero ex preteritis presentia futura. Dixerat enim moyses. In principio creatus est celus et terra. Sed quis crederet quod verbum de preterito diceret: si de futuro etiam aliquid non dixisset. In ipsius etenim libris sine cuius exordio illa de preterito dixerat: aliquid prophetie per iacob vocem de veteris permiscuit dicens. Non auferetur sceptrum de iuda: et dux de femoribus eius: donec veniat qui mittendus est et ipse erit expectatio gentium. Qui etiam per semetipsum eisdem quod mittendus erat ei quem dicebat populo prophetavit dicens. Prophetia suscitabit vobis dominus deus vestrum de fratribus vestris tanquam messem audietis. Erat autem quicquid non audierit prophetam illis: extimabit de populo suo. Cur ergo preteritis vetera permiscuit nisi ut deus impleret ea que de futuro predicaret: ostenderet etiam de preterito vera dixisset. Quia itaque docuimus quomodo ex futuro prophetie presentia preterita: restat nobis ut adhuc presentis eloquiis ostendamus: quomodo in ipso prophetie preteritis presentia futura. Certe rex babilonicus cum vidisset: misit ad magos et ariolos: omnesque sapientes

ij. Reg. v.
B.

Gen. l.

Gen. xliij.

Deu. xviij.

Homelia prima Fo. iij.

tes babilonie conuocauit: nec ab eis solimodo interpreta-
tionem somnij: sed etiam somnium quesuit: vt nimirum ex
preterito colligeret: si quid in eorum responsionibus de ve-
turo certum teneret. Qui cum dicere nulla potuissent. **Ms**
mel deductus ad medium est qui de interpretatione somnij
et de narratione requisitus: non solum hoc rñdit quod in-
terrogatus est: sed ipsam somnij originem replicauit dicēs
Tu rex cepisti cogitare in stratu tuo quid eēt futurū post
hec. Et paulo post. Tu rex videbas et ecce quali status
vna grandis. &c. Cuius videlicet somnij mor vt ordinez di-
xit: quicquid ex eodem venturum sequebatur aperuit. **Pē**
semus ergo ordinem prophetie. A cogitationib⁹ venit ad
somnia a somnio peruenit ad futura. Qui ergo i ipsam (vt
ita dicam) radicem somnij ptulit: profecto ex preteritis p-
bavit q̄ vera essent que de futuris diceret. **Prophetia au-**
tem presentis temporis: nec preteriti attestacione indiget:
nec futuri. Quia cum res occulta per prophetie verba des-
tegitur: veritati illius res ipsa que ostenditur attestatur.
Igitur quia de temporibus prophetie tractauimus: restat
vt de modis eius ac qualitatibus aliqua differamus. Spi-
ritus quippe pphetie nec semp: nec eodē modo prophete
animum tagit. Aliqñ enī spūs pphetie ex presenti tangit
anīmū pphetatis: et ex futuro nequa q̄ tagit: aliqñ ex futu-
ro tagit: ⁊ ex pñti nō tagit. Aliqñ vō ex pñti ⁊ ex futuro tagit:
aliqñ autē ex pterito et ex pñti atq; ex futuro piter tagit:
anīmū pphetatis. Aliqñ tagit ex preterito pphetie spi-
ritus: nec tagit ex futuro: aliqñ aut tagit ex futuro: nec ta-
git ex pterito. Aliqñ vero i pñti ex parte tangit: ⁊ ex parte
nō tagit: aliqñ i futuro ex parte tagit: et ex parte nō tagit.
Sed hec ipsa si possum⁹ eo ordine quo premissa sunt: sacre
scripture testimonijs ostēdam⁹. Ex presenti enī pphetie
spūs pphetatis anīmū tagit: atq; ex futuro nō tagit: sicut
Iohānes baptista venientem dñm vidēs ait. Ecce agnus
dei: ecce q̄ tollit pctā mūdī. Sed cū iā iocuturus esset: mi-
ssa discipulis req̄rebat dicēs. Tu es q̄ ventur⁹ es: an aīū
expectam⁹? In quib⁹ verbis ostēdit: quī in terris quidē ve-
nisse redēptōrē nouerat: sed an p semetipm ad aperendū
infernī claustra descēderet dubitabat. Et pñti enim pph.

Daniel. 8.

Johan. 1.
Matth. xi.

A. A. iij.

Libet primus

Se. xxvij.

Ille spūs tactus fuerat: qui humanitatem mediatoris videns
et diuinitatem eius intelligens: confitebatur agnum qui
peccatā mundi tolleret. Sed tactus ex futuro non fuerat quia
aduentum illius in inferno nesciebat. Aliquando vero pro
phetie spiritus animum prophetantis ex futuro tangit atq;
q̄ ex presenti non tangit: sicut aperte libri geneleos hysto
ria testatur cum isaac esau filium suum ad ueniendum mi
sit: cū minorem filium rebecca ad benedicendū supposuit.
Qui hedinis pellic⁹ induit⁹: paterno palpatui corpus fra
ternū fuit. Cui ille minori filio tanq̄ maiori benedictio
nem dedit: queq; ei essent longe futura nunciauit: sed quis
esset qui coram se assisteret: scire nō potuit. Prophetie er
go spiritus ex futuro animum prophetantis tetigit: atq; ex
presenti non tetigit: quādo caligant⁹ oculis pater et uen
tura predicebat: et penitētē filius nesciebat. Aliquādo p
phetantis animū ex presenti pariter et ex futuro tangit. q̄d
ex eodem libro geneleos liquido docemur. In illo quippe

Se. xlvij.

scriptum est: qz cū vite iam terminum p̄pinq̄aret iacob:
et duos filios suos ioseph fecisset assistere ante eum: vt ex
benedictione illius possent longe post futura p̄merer i. cui
maiorē ad dexterā: minorem uero posuit ad sinistrā. Cū
q; ille oculis senectute caligant⁹ nepotes suos q̄s p̄or q̄ sue
esset minor hūanovisu discernere nequa q̄ possent: ductis in
obliquum brachijs dexterā manū minor: sinistram maiorū
posuit. Quod dū corrigere fili⁹ uellet: ait. Non ita cōuenit
pater: qz hic est primogenit⁹. Auduit. Scio fili mi. scio. Et
iste quidē erit in populos ⁊ multiplicabit sed frater ei⁹ ius
nior maior illo erit. prophetie ergo spūs ex p̄nti pariter ⁊
ex futuro p̄phetantis animū tetigit: dum iacob ⁊ uentura
nūciabat: ⁊ eos quos corporeis oculis videre non poterat:
an se positos p̄ spm̄ discernere. Sic ahie p̄phete alim pro
phetie spūs ⁊ ex p̄nti atq; ex futuro tetigerat: cū caligant
ibus oculis eaq; se esse aliā simulabat: ⁊ vxorē hieroboā eē
cognouit: ⁊ q̄cūq; ei futurū esset aperuit dicens. Ingredere
proter hieroboā: qre aliā te eē simulat. Ego autē missus sum
⁊ te dur⁹ nūci⁹. Uade ⁊ dic hieroboā: hec dicit dñs de⁹
iel. Quia operat⁹ es male. sup oēs q̄ fuerūt ante te: et feci
tibi deos alienos ⁊ cōstatiles vt me ad iracundiā puoca

llj. Reg. xlvij.

Homelia. i. Jo. iiii.

res: me aurem proiecasti post corpus tuum: i. circo ego uis
ducam mala super domuz hieroboam. Ex presenti ergo at
qz ex futuro pariter prophetans anonus tactus fuerat: q
z ingredientem deprehendere potuit: z ei ventura nucia
re. Aliquando autem ex preterito z ex presenti atqz ex futu
turo pariter agonus tangitur prophetantis: sicut elizabetz
venire ad se mariam cospiciens: quia incarnatū verbū ses
staret in vtero agnouit: eamqz ia. n. domini sui matrē voca
uit dicens. Unde hoc mihi: vt veniat mater domini mei ad
me: De cuius cōceptione per angelum quoqz ad ioseph vi
citur. Quod eniz in ea natum est: de spiritu sancto est. Que
videlicet elizabetz dicit. Beata que credidisti: qm̄ pficiens
tur ea q̄ dicta sunt tibi a domino. Dicēs ei beata q̄ credidi
sti: aperte indicat qz p̄ba angeli q̄ dicta ad mariā fuerat: et
p̄ spm̄ agnouit: atqz subiūgēs. pficient ea que sunt dicta tibi
a dño: q̄ eam in futuro sequerent̄ preuidit. Simul ergo
de p̄terito z p̄nti atqz ex futuro p̄ p̄phete spm̄ tacta est: q̄
eam p̄missionibus angeli credidisse cognouit z matrē no
minās: qz redēptorē humani generis in vtero portaret in
tellexit. Et cū oia pficiēda prediceret: qd̄ etiā de futuro se
queret̄ asperit. Aliqñ hō p̄pheticē spūs ex p̄terito tāgit an
mū: nec tāgit ex futuro: sicut in paulo. ap̄lo ap̄te onditur q̄
discipulis dicit. Notū vobis factū fies euāgelū qd̄ euāgelū
zātū est a me: qz nō est s̄m̄ hoīem: neqz ei ego ab hoīe acce
pi illud neqz didici: s̄ p̄ reuelationē iesu xpi. vñ alius qzqz di
scipulis d̄r. Scdm̄ reuelationē notū factū est mihi sacramē
tum. Qui tñ hoc ipm̄ euāgelū qd̄ p̄ reuelationē cognoue
rat cū hierosolima predicaturus ascenderet ait. Ecce ego
allegatus spiritu vado in hierusalē: que in ea ventura sunt
mihi ignorās. hoc quippe euāgelū sacramentū est: qz vni
genitus patris incarnatus atqz p̄fect⁹ homo fact⁹ est. Qui
crucifixus: mortuus: z sepultus: die tertia surrexit. die quo
qz quadragesima ascendit in celum: atqz in dextera patris
sedet. Qui ergo p̄ reuelationes euāgelū agnouit: p̄pheticē
spiritu de p̄terito tactus est. Sed quia quid pro eodē euan
gelio passurus esset ignorabat: de futuro p̄culdubio tactus
nō est. Nā si dicit. Nisi qd̄ spūs sanct⁹ p̄ oēs ciuitates pt.
stat mihi dicēa. Qm̄ vincula z tribulationes hierosolymis

Luce. l.
Matth. l.
Luce. l.

Gal. l.

Ephē. iiii.

Act. xx.

Act. xx.

B. A. iij.

Liber primus.

Act. xxi.

me manent. Aperte ostenditur quod ea que ipsi futura essent: alijs de ipso reuelata erant non autem ipsi de se. Sicut de illo per agabum dicitur. Virum cuius hec zona est: ita alligari oportet in hierusalem. Aliquando autem prophetie spiritus tangit ex futuro nec tangit ex preterito: sicut in helisei facto scriptum est. Quia cum vnus ex filijs prophetarum materiem succideret: huic ferrum securis in aquas cecidit:

iiij. Reg. v.

qui exclamauit. Heu heu domine mi. et hoc ipsum mutuo acceperam. Dixit autem homo dei. Vbi cecidit? At ille monstrauit ei locum. Precedit ergo lignum et misit illuc. natusque ferrum. In quo videlicet prophete facto cognoscitur: quod qui requirit vbi ceciderat: quid esset facturus nouerat: sed tamen cum requirit: constat quod vbi ferrum cecidisset ignorabat. Prophetie ergo spiritus helisei mentem ex futuro tetigerat: sed ex preterito non tangebatur: qui et ferrum ex profundis dimersum quod reuocaturus esset ad superficiem scire potuit: sed vbi ceciderat: omnino nesciuit. Aliquando vero prophetie spiritus in presenti ex parte tangit: et ex parte non tangit. Quod petri apostoli hystoria testatur: cum missi ad eum cornelio milites: eis sunt per spiritum nunciati. Scriptum quippe est. Et dixit spiritus ei. Ecce viri tres querunt te. Ad quos ille descendit: et requirere dixit. Que causa est: propter quam venistis? In quibus verbis ostenditur quod eandem causam per spiritum non audierat quam a militibus requirebat. In presenti ergo mentem petri spiritus ex parte tetigerat: et ex parte non tetigerat quod adesse milites dixit: et pro qua causa venerat tacuit. Aliqua spiritus prophetie in futuro ex parte tangit: et ex parte non tangit: sicut prophetarum filij de auferendo helia ad heliseum dicunt. Nunquid nosti quod hodie dominus tollat dominum tuum a te? Quo tamen ablato sese per diuersa disperserunt: eumque in rupibus et vallibus querunt. In futuro ergo eorum mentem prophetie spiritus ex parte tetigerat: et ex parte non tangebatur: quoniam eum quem tollendum nouerant: non inueniendum querebant. Et ex parte itaque tacti sunt: atque ex parte non tacti: quod sciebant quod tolli posset: et nesciebant quod inueniri non posset. Idem quoque heliseus per prophetie spiritum de futuro ex parte tactus est: et ex parte non tactus: cum regi israel diceret. Percute saculo terram. Et cum percussisset tribus vicibus: et stetit: iratus est terra cuius vir dei: et ait. Si percussisses quatuordecim aut sexies siue septies: percussisses syriam usque

Act. x.

iiij. Reg. ij.

iiij. Reg. xij.

ad cōsumptionem. Nunc aſit tribus vicibus percuties eaz
 Qui itaq; nouerat: q; totiens pcuteret ſyriam quoties per-
 cuſſiſſet terram: ſed cum ei diceret. percutite terrā: quotiens
 eam percullurus eſſet ignorabat quippe: ⁊ indignatus ter-
 ram tertio fuiſſe percullam: pfecto conſtat: quia de futuro
 ex parte tactus fuerat: ⁊ ex parte non tactus qui ſyriā pcuti-
 ti pcedit: ſed terram amplius percuti voluit. Sic ſamuel
 cum ad yngendum dauid a domino mitteretur reſpondit.
 Quomodo vadā? Audiet enim ſaul: et interficiet me. Qui
 et dauid vnyit: nec tamen a ſaule occiſus eſt. Ex parte ergo
 de futuro tactus prophete animus fuerat: ⁊ ex parte nō
 tactus: qui ⁊ yngendum Dauid in regno nouerat: ⁊ quia a
 ſaule non eſſet occiſus ignorabat. Sciendū quoq; eſt q; pro-
 phete quidam e proximo tangunt: atq; e longinquo mini-
 me tangunt. Aliū vero e longinquo: ⁊ nō tangunt e primo
 Aliū autē ⁊ e longinquo ⁊ e primo pphetie ſpiritu tangunt
 Nā quidā tangūt e primo ⁊ nō e longinquo. Simul ſamuel
 perſiſſe aſinas nouerat: eaſq; inuētas eē nūciabat. Saul re-
 gē futurū p̄dicat. Dauid q; q; in eius regno ſuccederet nū-
 ciat. Sed q; pater regis eterni futurus ſit nō p̄dicat. Quidā
 ſo tangūt e longinquo ⁊ nō tangūt e prio: ſicut idē Dauid
 incarnandū dei vnigenitū nouerat de iudea: dicēs. hō ſa-
 cuius eſt in ea: ⁊ ipſe fundauit eā altiffim⁹. Atq; hūc ad ce-
 los aſcenſurū: ⁊ ad patris dexterā ſeſſurū intelligit: dicēs.
 Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis. Et tñ multa q; e
 vicino acta ſunt minime puidit. Ut em pauca de multis lo-
 quar: ſeruū Diſhiboſet ſibā p̄tra ſuū dñm mētientē nō in-
 tellerit: ⁊ amaſe pmittēs dicit. hec faciat mihi de⁹: et ad-
 dat: ſi nō magiſter militie fueris corā me oī tpe p Joab. vi-
 delicet qd ſequeret ignorās: q; amaſa idē nō ſolū p̄incipa-
 tū militie p Joab nō ſuſciperet: ſ; etiā p Joab poſt paululū
 vitā ſin irer. Et cū templū deo cōſtruere voluit: quid e vicī-
 no ſequeret nesciēa pphetā alterū requiſiuit. Quidā ſo e
 longinquo tangunt ⁊ e primo: ſicut eſaias longe poſt futura
 p̄nūciat dicēs. Ecce hōgo cōcipiet ⁊ pariet filiū: ⁊ vocabit e
 nomē ei⁹ emanuel. De quo rursus ait. Paruulus natus eſt
 nobis: ⁊ fili⁹ datus eſt nobis ⁊ fact⁹ eſt p̄ncipat⁹ ſup hūme-
 rū eius et vocabit nomē ei⁹ admirabilis: cōſiliarius: deus

i. Reg. xvi.

i. Reg. x.

i. Reg. ix.

i. Reg. xv.

ps. lxxvi.

ps. cix.

ij. Reg. xvi.

ij. Reg. xix.

ij. Reg. viij.

Eſaie. viij.

Eſaie. ix.

Liber primus

- fortis: pax futuriseculi: princeps pacis. Multiplicabit eius imperium ⁊ pacis non erit finis. Qui etiam de ezechia rege propheticè spiritutactus e vicino: qz de infirmitate sua surgeret predixit: ⁊ quot annis post infirmitatem viueret: nunciavit. Aliquādo enim propheticè spiritus pphetie deest: est ne semper eorum mentibus preesto est: quatinus cū habent non habent: se hunc agnoscant ex dono habere cū habent. Unde heliseus cum flentem sunamitē mulierem a suis pedibus per syezi puerum auelli prohiberet: dixit. Dimitte illam anima enim eius in amaritudine est: ⁊ dominus celauit a me: et non indicauit mihi. Sic quoq; cum eum iosephat de futuris requirit et et propheticè et spiritus deesset saltem fecit applicari vt propheticè ad hunc spiritus p laudem psalmodie descenderet: atq; eius animū de venturis repletet. Vox etenim psalmodie cū per intentionem cordis agitur: per hanc omnipotenti domino ad cor iter paratur: vt intente menti vel propheticè mysteria: vel cōpunctionis gratiam infundat. Unde scriptū est. Sacrificium laudis honorificauit me: ⁊ illi iter est quo ostendam illi salutare dei. Quod enim latine salutare: hoc hebraice Iesus dicitur. In sacrificio igitur laudis fit. Iesu iter ostētionis: quia dū per psalmodiam cōpunctio effundit: via nobis in corde fit per qua ad Iesum in fine puenit: sicut ipse de sua ostensione loquitur: dicens. Qui diligit me: diliget a patre meo: et ego diligam eū: ⁊ manifestabo ei meipsum. Hinc quoq; scriptū est. Cātate dño psalmū dicite nomini eius iter facite ei qui ascēdit sup occasus: dñs nomē est ei. Ipse etenim sup occasum ascēdit: qui morte resurgēdo calcauit. Cui dum cantamus iter facim⁹ vt ad nostrū cor veniat: ⁊ sui nos amoris grā accēdat. Quis autē pphetis pphetie spūs nō semp adest: etiam vir dei indicat: qui ptra samariā missus: mala q̄ ei erāt v̄tura nūciauit. Qui tñ phibitus a dño in via comedere: pphete falsa p̄uasiōe deceptus est: quē fallax fimo nō deciperet: si pphetie spm̄ pntem habuisset. Sciendū quoq; ē q̄ aliqui pphete sancti dū cōsulant: ex magno vsu pphetans di quedā ex suo spū pferunt: ⁊ se hec ex pphetie spiritu dicere suspiciant. Sed qz sancti sunt: p sanctū spm̄ citi⁹ correat: ab eo q̄ vera sunt audiūt: ⁊ semetipfos qz falsa dixerūt
- Esaię xxxviiij
C
iii. Reg. iij.
iiij. Reg. iij.
Jo. xlix.
Jo. xiiij.
ps. xlvij
iiij. Reg. lxxij.

Liber primus.

da p lustoz cōfortiuz cōsolet. Ne si omni modo deserat: nul-
lus post culpas adveniā redeat. Tenedo igit repellit ⁊ re-
pellendo tenet: qñ cū his quos dūdicat simul in tribula-
tionem mittit quos amat. Quis ista tāte pietatis viscera pē-
sare sufficiat: qđ ⁊ culpas ppli dñs sine vindicta nō deserit:
⁊ tamen delinquentē populuz a se funditus nō repellit. Sic
cū moyses ad repromissionis terrā exploratores duodecim
misisset: ex quibus cum decem postmodum desperationem
populo facerent: idem populus in ira murmurationis accē-
sus: seductū se a domino esse cōquestus est: vt eius cadaue-
ra iacerent in deserto. Cui omnipotēs deus irat⁹ dixit qđ
nullus eorum in terram repromissionis intraret. Quo terro-
re cōpuncti prauē se egisse cognouerunt: sese in lachrymis
afflixerunt: ⁊ accincti armis p̄tinus ceperunt cōtra hostes
ascendere: vt repromissionis terram post lachrymas intra-
re potuissent. Quibus per moysen dominus dicit. Dic eis.
nolite ascendere neq; pugnetis: non enim sum vobiscum: ne
cadatis coram inimicis vestris. Qua in re pensandum est
si cum ipsis non erat: cur eos ne caderent ascendere phibe-
bat: Si autē cū ipsis erat: quid ē qđ ait: nō enim sum vobiscum:
Sed mira dispēfatione discipline ac misericordie: ⁊ cū ipsis
erat: ⁊ cū ipsis nō erat. Cū ipsis nō erat vt vincerēt: sed tñ
cū ipsis erat ne ab hostibus perirēt. O ineffabilia pietatis
viscera. Culpas insequit: ⁊ tñ peccātes p̄tegit. Iratū se in-
dicat. ⁊ tñ ab hostibus defendit. Sic plerūq; paruulo filio
delinquenti irascit mater: reprehēdit / increpat / h̄berat. S; si
hunc in preces ire cōspexerit vbi in mortis periculū ruat
manū tendit ⁊ retinet: ⁊ q̄ sic irata h̄berauerat ac si nō di-
ligeret: sic diligēter retinet: ac si irata nō verberasset. hec
in sola p̄fatione colloquētes: nauigij nr̄i quasi intra por-
tum exercitium fecimus: vt ad indaganda p̄phetie myste-
ria velut in immēsitāte pelagi post vela p̄adamus. Quod
tamen non in nostra virtute p̄sumim⁹: sed in eo qđ linguas
infantiū fecit disertas. Quia spūs dñi repleuit orbē terrarū: ⁊
hoc qđ cōtinet oīa sciētiā habet vocis. Dipotens em̄ de⁹
sermo patris ospotēris est. Et qđ de illo loqui cōcupiscimus
muti in illo nullo modo erimus. Dabit em̄ h̄ba vtilia om̄i-
potens verbū qđ p nobis incarnatū viuū ⁊ regnat cū patre

Abē. xij. et
xij.

Numē. xij.

Homelia .ij. Fo. vij.

in unitate spiritus sancti deus: per ora scilicet scilicet. Amen.

Homelia secunda.

Q factum est in tricesimo anno .in
quarto in quinta mensis cum esse in
medio captiuorum iuxta flumem
chobar. aperti sunt celi et vidi visiones dei.
In quinta mensis ipse est annus quintus transmigracionis regis ioachim: factum est verbum domini ad ezechielem filium buzi sacerdotem in terra chaldeorum secus flumen chobar. Et facta est super eum visio domini. Et vidi et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone et nubes magna et ignis inuoluens. Et splendor in circuitu eius et de medio eius quasi species electri id est de medio eius similitudo quattuor animalium: et hic aspectus eorum. Similitudo hominis in eis.

U Sus prophetie locutionis est: ut prius personam: tunc
pauca: locum: describat et postmodum dicere my-
steria: prophetie incipiat quatinus ad veritatem
solidius ostendendam ante historie radicem fi-
gat: et post fructus spiritus per signa et allegorias
pferat. Ezechielis itaque etatis sue tempus indicat dicens. Et
factum est in tricesimo anno in quarto mense in quinta mensis. *Ezechie. i.*
Locum quoque denuncians adiungit. Cum essem in medio captiuorum
iuxta flumen chobar aperti sunt celi: et vidi visiones domini. Tempus
etiam insinuat: subdit. In quinta mensis: ipse est annus quintus
transmigrationis regis ioachim. Qui ut bene personam indicet et
genus narrat cum subdit. Et factum est verbum domini ad ezechielem filium

110. 07E Liber primus

buzi sacerdotē. Sed prima q̄stio nobis erit curis q̄ nihil ad
huc dixerat ita exorsus est dicēs. Et factū ē i tricesimo āno
Et nāq; fmo cōsuetudinē ē. Et scim⁹ q; nō cōsueglt fmo subse
quēda: nisi fmonē pcedētī. Qui igit̄ nihil dixerat: cur dicit ⁊
factū ē cū nō sit fmo cui hoc q̄d icipit subiūgat. Qua i re in
tuedū ē: q; sicut nos corpalsa sic pphete sēsu spiritualia aspī
cūt: eīq; illa sūt p̄sētia q̄ nre ignorātie absētia vidēt. Un
sit vt i mēte ppheraꝝ ita p̄iūcta sūt ext̄iorib⁹ it̄iora qua
tū⁹ sū vtraq; vidēt: sicut i eis fiat ⁊ itus verbū q̄d eudicit
et foras q̄d dicunt. Patet igit̄ causa cur q̄ nihil dixerat in
choauit dicēs. Et factū ē in tricesimo anno q; hoc verbū q̄d
foris p̄tulit: illi verbo q̄d intus audierat cōiūxit. Continua
uit ergo verba q̄ p̄tulit v̄sioni intime: ⁊ idcirco sapit dicēs
Et factū ē. Subiūxit ei hoc q̄d exteri⁹ loq̄ inchoat: ac si ⁊ il
lud foris sit q̄d int⁹ vidit. Hoc aut̄ q̄d dicit: q; i n tricesimo āno
sp̄s pphete accepit indicat aliq̄d nobis considerādū vcz
q; iuxta rationis vsū doctrine fmo nō suppetit: nisi i etate
p̄fecta. Un ⁊ ip̄e dñs āno duodecimo etatis sue i medio do
ctoꝝ i templo sedens: non docēs: sed interrogans voluit
inueniri. Ut enī nō auderent hoies in infirma etate predi
care: ille anno duodecimo etatis sue interrogare hoies est
dignatus in terra qui p̄ diuinitatē suā semper angelos do
cet in celo. Quē enī ip̄e est dei sapiētis: de ipso angeli viden
do vsūt: hoc q̄d beatitudine eterna satiantur. Qd moyses
bis quoq; sub allegorie mysterio admonet: dicens. Nō ara
in primogenito bouis. Primogenit⁹ enī bouis accipimus
in infirma etate p̄mi nri tēpotis bonā operationē. In qua
tamē arādū nō est: q; cū prima sunt a cōlescētie vel inuen
tutis nre tēpora nobis adhuc a predicatiōe cessandū est vt
vomer lingue nre p̄cūdere non audeat terrā cordis alic
ni. Quoad usq; etenim infirmi sumus: continere nos intra
nosmet ipsos debemus nedū tenera bona citius ostendam⁹
amittamus. Quē et arbusta plātata si prius in terra radice
ta nō fuerint: manu fracta citi⁹ arefcūt. At si semel radice
fuerint: manus tangat: ⁊ tñ nihil officit. Venti impellunt:
nec tñ impellentes ledūt. Et cōstructi parietes si impellan
tur eruantur nisi a suo prius fuerint humore siccati. Veno
itq; quousq; ab humore paruitatis sue perfecte non fuerit

A.

Luce. ij.

Deut. xv.

110. 07E

Homelia secunda Fo. viij.

efficata aliene lingue manu tangi non debet: ne priusq̃
plene percipiat perdat soliditatem suam: ne impulsam ru-
at: ne velut arbutum sine radicibus dum plusq̃ tolerare
valet cōcutitur: arefcat. Ad exēplum ergo nō sunt ostēden-
da: nisi que firma sunt. Prius etenim conualescere debet
mens: itaq̃ ad vtilitatem proximorum postmodum demon-
strari: cum iam nec per laudem eleuata corrumpat: nec per vi-
tuperationem percussa contabescat. Nam et si Thimoteo
dicitur. Percipe hec & doce: nemo adolefcentiam tuā con-
temnat. Sciendum est quod in sacro eloquio nōnunq̃ adole-
fcentia iuuentus vocatur. Unde scriptum est. Letare iu-
uenis in adolefcentia tua. Profecto igitur vt ostendatur cu-
sus auctoritatis sit in predicatione: etatis solide esse descri-
bitur quatenus et cum vīta et spiritu omnia que ad predi-
candum congruē concordare videantur. Nec contra hec
quempiam mouere debet quod heremitis atq̃ daniel pro-
phetie spiritum pueri perceperunt: quoniam miracula in
exemplo operationis non sunt trahenda. Omnipotens enī
deus et linguas infantium fecit disertas: et ex ore infantū
atq̃ lactentium perfecit laudē. Sed aliud est quod nos de
doctrine vsu atq̃ discipline dicimus: aliud q̃ de miraculo
scimus. Jā vero si queritur vt in ipsa quoq̃ etatis illius ex-
pressionē mysticū aliqd̃ designet: absurdum non est quod
ppheta dñm quē verbis denūciat: ipso quoq̃ etatis sue tē-
pore ostendat. Anno tricesimo Ezechiel pphete celi aper-
ti sunt: & vidit visiones dñi iuxta flumē chobar: q̃ & quasi
tricesimo etatis sue anno dñs ad flumē iordanis venit.
Ibi itaq̃ celi aperti sunt: q̃ syris in colūba descendit: vox
q̃ de celo sonuit dicens. hic est filius meus dilectus: in quo
mihi complacui. Sed & ipsa hebreæ verba multū nobis ad
mysteriū inter p̃tādū valent. Nam chobar interpretat. gra-
uitudo vel grauitas: ezechie fortitudo dei: buzi despectus
vt contemptus: caldei captiuātes vel quasi demones. Ue-
nit ergo ezechiel iuxta flumē chobar. Quia enim chobar
grauitudo vel grauitas dī q̃d p̃ chobar flumē: nisi huma-
nū gen⁹ & grue designat: q̃d ab ortu defluit ad mortē gra-
ue tibi est ex p̃ctis q̃ & p̃perat: portat. Quia sicut scriptū est.
Iniquitas in talentū plumbi sedet. Omne enī p̃ctū graue iacha. v.

i. Thi. iij.

Eccles. xl.

hiere. l.

Dani. xij.

psal. vij.

Ezechie. i.

Mat. xvij.

Liber primus

Psal. iiii.
i. Coz. i. B.

ps. i.

Textus.

Cap. i.

Ibidem

Quis non permitit animam ad sublimia leuari. Unde et per psalmistam dicitur. Filii hominum usquequo graui corde? Scriptum quippe de dno est quia ipse est dei virtus et dei sapientia. Venit ergo ezechiel iuxta flumem chobar: quia fortitudo dei per incarnationis sue mysterium propinquas re dignata est: peccatorum suorum pondera portanti generi humano: quod ab ortu suo quotidie defleuit ad mortem sicur de illo per psalmistam dicitur. Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Juxta decursus quippe aquarum plantatus est: quia iuxta lapsus incarnatus est defluentium populotum. Ezechielem autem fortitudinem dei: buri pro despectu interpretari diximus. Sed ezechiel filius est buri: quia ex illo populo vni genitus dei incarnari dignatus est: quae propter culpam perfidie dominus desperit. Fortitudo ergo dei ex contemptu vel despectu nascitur: quia redemptor nisi humanitatem assumere ex populo perfido et contempto dignatus est. Venit ergo in terram caldeorum. Caldei interpretantur ut diximus captiuantes vel quasi demones. Iniqui enim: quia et ipsi iniquitates perpetrantes et ad iniquitatem alios persuadendo trahunt: nimirum captiuantes sunt. Qui recte quae et quasi demones interpretantur: quia et hi quae et alios ad iniquitatem suam ducendo pertrahunt: in semetipsum misterium demonum ad iniquitatem suscipiunt: quibus demones per naturam non sunt. Venit ergo fortitudo dei in terra caldeoꝝ: quia inter eos vni genitus patris: quae et semetipsum ad peccatum defluerant: et ad peccatum alios captiuantes traherent. Sed expositionis summo ad prophetam nunc personam redeat. Et facta est super eum ibi manus domini. Manus vel brachium domini filius dicitur: quia per ipsum omnia facta sunt. De quo etiam psalmista ait. Fiat manus tua ut saluum me faciat. Manus quippe dei quae per diuinitatem non est facta: sed genita per humanitatem facta est: ut humani generis vulnera sanaret. Ibi ergo propheta incarnationem vni geniti agnouit: ubi super se manus domini factam vidit. Quod vero hic subditur: et vidi: et ecce ventus turbinis ventebat ab aquilone: intuentium nobis est quod sit in propheta: ubi ostendit locutionis. Qui enim super se de seipso dixerat. Aperti sunt celi et vidi visiones domini: postea tanquam si de alio narret addidit. Et facta est super eum ibi manus domini. Ac deinde quasi ad se reuertitur.

Homelia secunda. Fo. ix.

tit & dr. Et vidi ecce vêt⁹ turbis veniebat ab aq̄lōe. Quid
ē hoc q̄b mō ezechiel loq̄t mō de ezechiele? Si p totū dice
ret de se q̄stio nō eēt: si p totū diceret q̄si d̄ alio: nūq̄lōmū?
questio non fuisset. Quid est ergo hoc q̄b sic variatur ser
mo propheticus. vt modo propheta de se loquat: mō aut
de ipso quasi alius loqui videatur. Sed sciendum est qz hi
qui prophetiel spiritu replentur: per hoc quod aperte non
nunq̄ loquuntur de se: & nōnunq̄ sic de se verba tāq̄ de a
lijs proferunt. indicant: qz nō ppheta: sed sp̄s sanctus lo
quitur p ppheta. Pro eo ei q̄b p ipsos sermo fit. ipsi loquū
tur de se. Et p eo q̄b aspirate sp̄s sancto loquūtur: idē sp̄i
tus sc̄s p ipsos loquit de ipsis. veritate attestate q̄ dicit. **Matth. x.**
Nō enim vos estis q̄ loquimini: sed sp̄s patris vestri q̄ lo
quit in vobis hinc etiam moyses ait. Erat moyses vir mi
tissimus super omnes homines qui morabantur in terra. **Numeri**
Qui enim non dicit eram: sed erat profecto aperte indicat
qz is qui per illum de illo loquebatur alius erat. hinc ioh
hānes ait. Vidit illum discipulū quē diligebat iesus. Ubi &
paulus vt non se eē qui loquebat ostenderet: dixit. An ex
pimentis q̄ritis eius: q̄ in me loquit x̄ps? Quia igit in locutio
ne prophetica alter est qui p̄sidet: alter qui obsequitur. Cū
de se ipso propheta loquitur: persona obsequens est. cum
vero p ppheta sp̄s loquit: subltas p̄sidentis ostenditur
Recte ergo & tanq̄ de alio dicitur. facta est sup eū ibi ma
nus dñi. Et de se protinus adūgit. Et vidi: & ecce vêt⁹ tur
binis veniebat ab aq̄lone. Nunc itaq̄ discutiēdū nobis est
qd sit q̄b dicit. Et ecce ventus turbinis veniebat ab aq̄lo
ne: & nubes magna. Pro eo quod vêtus aquilo constringit
in frigore: nō incongrue aq̄lonis noie corpori maligni sp̄is
tus designat. Qd esaias q̄z ppheta testat: q̄ dixisse diabo
lū denūciat dicēs. Sedebo in mōte testamēti in laterib⁹ aq̄
lonis. Malignus enī sp̄s mōtē testamēti tenuit: qz iuda
cum populū qui legē acceperat: sibi in p̄fidias sibi iugavit.
Qui enī corda doctorū tenet montem testamēti diabol⁹
p̄sidet. Qui etiam in lateribus aquilonis sedet: qz men
tes hominum frigiditas possidet. Unde et sponsi voce in cā
tico canticorū dicit. Surge aq̄lo & veni auster perfla hortū
meū: & fluant aromata illi. Qui et iubete dño frigid⁹ sp̄i

Matth. x.

Numeri

Jo. xix.

4. Cor. xii.

Textus.

Esa. xliij.

Canti. iij.

Liber primus

ritus recedit: calidus spiritus mentem fidelium occupat: quod ortus dei: id est sanctam ecclesiam perflat: ut opiniones virtutum eius ad multorum noticiam velut aromata defluant. Recedente etenim a quiete: id est maligno spiritu: sanctus spiritus mentem quasi auster replet. Qui dum calefaciendo flauerit: statim de fidelium cordibus aromata virtutum fluunt. Propheta ergo ea quae essent in fine veteris conspiciens: venire ab aequilone ventum turbinis vidit quod in extremo seculi mentes hominum torporis sui frigore malignus spiritus grauius occupat. Unde scriptum est. Ne terre et mari: quod descendit diabolus ad vos habens iram magnam sciens: quod modicum tempus habet. Antiquus quippe aduersarius insidiarum suarum molimina in humanis mentibus grauius exagerauit. Contra cuius excrescentem superbiam incarnati manifesta est humilitas dei: atque ut humanum genus a suo languore sanaret tunc magna apparuit potentia medici: cum languore creuit egroti. Sed autem maligni spiritus immissio vetus turbinis appellatur. Turbo quippe edificius quod tangit concutendo subruit. Et omnia antiqui hostis tentatio quae agit in mente ventus est turbinis: quod hanc concutendo propter desideria a statu sue rectitudinis euellit. Sed nos ista reuoluentes quae humano generi erunt ab hoste callido in finem ventura: ad solam iudeam ex qua propheta fuit: et cuius perditionem prophetando conspexit: verba vertamus. Que incarnato domino tanto grauius ab aequilone ventum turbinis pertulit: quanto a sua rectitudine concussa cadens: per torporem mentis in perfidia frigida remansit. Ventus ergo turbinis ab aequilone vent: cum vitam iudaici populi malignus spiritus in tentatione percussit. Ubi et recte additur. Et nubes magna. Quia quanto plura quisque exarsit in crudelitate tanto amplius obcecari meruit in ignorantie sue caligine. Redemptorem quippe humani generis quem in lege ac prophetis intelligentes expectauerant: videntes negabant. Unde actum est: ut eorum mens magna ignorantie sue nube tegeretur ne hunc post inquirentes agnoscerent: quem prius et denunciari poterant et amare renuebant. Nam eodem modo eius virtutes et miracula modo sunt passionem conspicerent: in infidelium cordibus nubes magna ab aequilone uenerat: quod ex peccati sui frigore propter infirmitatem passionis illius et inter signa caligabant. Quid vero ex illa nube magna

Apo. xij.

Homelia secunda Fo. r.

caligine sic secutum subiungitur: cū prius dicit. Et ignis inuoluens. Ignis enim nomine cum per significationē dicitur aliquando spiritus sanctus: aliquando autē mentis malicia designatur. De bono enim igne scriptum est. Ignem veni mittere in terram: et quid volo: nisi vt accendatur. Ignis quippe in terram mittitur: cum per ardorē sancti spūs afflata terrena mēs a carnalibus suis desiderijs cōcremat. De malo autē igne dicit. Et nunc ignis aduersarios cōsumit: qz cor pessimum ex sua malicia tabescit. Sicut autem ignis amoris mentem erigit: ita ignis malicie inuoluit: qz spūs sc̄tus cor qd replet eleuat: et ardor malicie ad inferos rā temp incuruat. Iudea igit nube sue ignorātie cecata: qz mor ad psecutionis neq̄tā erupit: igne suo uoluta est q̄ in obligatione sue nequitiē p eādē ipsā crudelitatem qua arsit implicauit. Uetus aut turbus ueniebat ab aq̄lone: et nubes magna: et ignis inuoluens: qz ex torporis sui frigore ad ignorātie caliginem pducta: vsqz ad maliciam psecutionis erupit. Uñ ad aliū quoqz pphetaz dicitur. Quid tu uides? Qui illico respōdit. Olla succensam ego uideo: et faciem eius a facie aquilonis. Iudeoz q̄ppe mēs in psecutione seuiens atqz in crudelitate malicie yndas cogitationū uolūcū quid aliud q̄ olla succensa fuit: Cuius facies a facie aq̄lonis esse dicitur: quia si se aduerso spiritui per torporem mentis non subderet cōtra bonos in tāta malicia nō exarsisset. Nubem itaqz sequitur ignis inuolūcū: quia in eius cecitate mentis secuta est crudelitas psecutionis. Si enī cognouissent nūq̄ d̄ dominum glorie crucifixissent. Sed iste ignis alibi arsit atqz alibi splenduit. Nā subdit. Et splendor in circuitu eius. Dum enī psecutio in iudea agit: sancta ap̄loz p̄dicatio in uniuerso m̄ndo dispersa est sicut ipsi dicunt. Uobis missum fuerat uerbū dei: sed quid ignos uos iudicastis: ecce imus ad gētes. De crudelitate ergo malicie q̄ mētē iudee cōcremauit: oipotēs deus lucē gētibz sparsit: qz p hoc qd illa redēptore sustulit ac mēbra eius psecuta est sc̄tis ap̄tis p diuersa dispersis. nos qui in iudee circuitu positi in tenebris fuimus: dono celestis grē splendore uel luminis uidimus. Uñ scriptū est. Sedētis in tenebris: et umbra mortis: lux orta ē eis. Iste itaqz ignis malicie q̄ a cordibus iud eorum arsit in

Luce. xij.
Hebr. x.

*Amor diuini et
sancti.*

hiere. i.

i. Cor. ii.
Ezechi. i.

Act. xi.

Esai. ix.

B B. ij.

Libert primus

Ezechie. i.

persecutione priusq̄ sc̄os ap̄los seniendo affligeret: i ip̄o se
excreuit auctore ac redēptore generis humani. Unde ⁊ sub
ditur. Et de medio eius quasi species electri: id est de me-
dio ignis. Quid electri specie: nisi x̄ps iesus mediator dei
et hominum designatur? Electrum quippe ex auro ⁊ argē-
to est. In electro dum aurum argentumq̄ miscetur: argen-
tum ad claritatem crescit. aurum vero a suo fulgore palle-
scit. Illud ad claritatem proficit: hoc a claritate tēperatur.
Quis igitur in vnigenito dei filio nature diuinitatis vnita-
est natura nostra: in qua adunatione humanitatis in maies-
tatis gloriā excreuit: diuinitas vero a sui fulgoris poten-
tia humanis se oculis tēperauit: per hoc quod humana na-
tura clarior facta est: quasi p̄ aurū creuit argentū. Et q̄ di-
uinitas a fulgore suo n̄ris est aspectibus tēpata: quasi au-
rū nobis palluit p̄ argētū. Illa enī natura imutabilis q̄ in
se manēs innotat oīa: si ita vt est nobis apparere voluisset
fulgore suo nos incēderet: potius q̄ renouaret. S; clarita-
tem sue magnitudinis tēpauit n̄ris oculis. deus: vt dum
nobis eius claritas tēpata: etiā n̄ra infirmitas p̄ ei⁹ simili-
tudinē in eius lucē claresceret ⁊ p̄ acceptā gratiā (vt ita di-
cam) sue habitudinis colorē mutaret. Quasi elec trus ergo
in igne est deus factus hō in p̄secutione. Sequitur: Et in me-
dio ei⁹ similitudo q̄tuor aialū. Q̄b in medio ei⁹ dicit: sine
electri sine ignis: nil obstat intelligi: q̄ quattuor hec aialia
sc̄i sc̄z euāgeliste: ⁊ ex eiusdē d̄ni incarnationē ad fidei virtutē
solidati sunt: ⁊ in igne p̄secutiōis m̄tris tribulatiōib⁹ affli-
cti. Q̄b si q̄s hec q̄ de primo d̄ni aduentu dixim⁹ ē de sc̄o
velit accipere: celeri assensu sequendus est: q̄ sepe p̄phetie
sp̄s minimū q̄ loq̄tur multa simul intuet. Ventus etenim
turbinis ab aquilone venit: q̄ numtrum cā pctōz exigit: vt
districti iudicij concussio oīa simul elementa p̄turbet. Ter-
ror enī p̄turbatiōis vltime inde venire d̄: vñ ḡnatur. Nay
q̄ ad feriēdas frigidās pctōrum m̄tes iudicij p̄turbatiō-
nis vltime agit: recte ab aquilone ventus turbinis venire
p̄hibet. Que videlicet p̄cussio apte vētus turbinis dicitur
q̄ in illo die cūctorū qui tūc in carne mortali inuēri fuerint
in p̄uore nimio corda p̄mouentur. Cū enim cepit impleri
q̄ scriptū est. Sol obscurabitur: ⁊ luna nō dabit lamē suā.

Ezechie. i.

Matth. xxliij

Homelia Secunda Fo. xi.

et stelle cadent de celo: et virtutes celorum commouebuntur. Que mens erit hominis eterni iudicis sniam non formidantis? Ibi enim tunc cuncta simul peccata ante oculos redeunt: ibi omnia que cum delectatione acta sunt ad memoriam cum pauore reuocantur: ibi caligo cogitationis misere ex pena proxime damnationis. Unde et subditur. Et nubes magna. Tunc quippe ex peccatorum memoria sensum mentis deprimit caligo cecitatis cum unigenitum dei filium in forma diuinitatis conspiciere reprobis non permittunt. **U**bi debuit enim in quem transierunt: et tollat impius ne videat gloriam dei. **U**bi et apte subditur. Et ignis inuoluet. Quia videlicet ignis ille iudicij qui celum aereum et terram concremat: peccatores in sua superbia non permittit erigi: sed inuoluit. quos perculdulo in pena sue damnationis confringit. Et splendor in circuitu eius. Quia sicut fulgur exit ab oriente et paret usque ad occidentem: ita erit aduentus filij hominis. **U**bi nullus tunc a pudicio in sua mente latere permittitur: quia ipso iudicis fulgore penetrat. **D**e quo mox iudicij die subdit. Et de medio eius quasi species electri. id est de medio ignis. Ipse enim angelus atque archangelis omnibusque virtutibus presidens redemptor noster: qui velut in electri similitudinem vnus ex traxit et in vtraque natura: et deus permansit cum patre: et ad redemptionem nostram factus est mortalis cum hominibus: in suo tunc terrore videlicet eius ignis iudicij in reproborum vindicta famulat. **H**inc enim scriptum est. Dies domini declarabit: quia in igne reuelabitur. **H**inc psalmista ait. **D**eus manifeste veniet: deus noster et non silebit. **I**gnis in conspectu eius ardebit: et in circuitu eius tepestas valida. **H**inc petrus apostolus dicit adueniet dies domini ut sicut in quo celi magno impetu transibit: elementa vero ignis ardore soluentur. **E**t quia tunc facti omnes qui mundum perfecte reliquerunt iudices veniunt: apte mox subdit. **E**t in medio eius similitudo quattuor animalium. **Q**uid enim per quattuor animalia: nisi quattuor euangeliste significant? **N**ec immerito per euangelistas quattuor peccatorum omnium numerus exprimitur: quia omnes qui in ecclesia modo perfecti sunt et perfectionis sue rectitudinem per eorum euangelium didicerunt. **D**e medio: eius similitudo quattuor animalium: quia illi tunc eius corpori vniti: eius maiestati iuncti: et simul facti cum eo iudices videbunt: qui modo perfecta opera iuxta euangelica precepta secuti sunt.

BB. iij.

Textus.

1. act. xij.

Textus

Textus.

1. Cor. iij.

ps. xlix.

4. pe. iij.

Textus. C. 4

Libert primus.

Math. xix.

Isaie. lii.

Puer. vltimo

Textus.

Phil. ij.

i. Co. iij. r. xl

i. Coz. xv.

Luce. xix.

Math. xix.

Johan. viij.

Hinc est enim quod ipsis sanctis a apostolis dicitur. Vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hois in sede maiestatis sue sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Hinc esaias ait. Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi. Hinc salomon de ecclesia loquitur dicens. Nobilis in portis vir eius cum sederit cum senatoribus terre. Hic itaqz sub breuitate trascursum aduētus primi ordines sicut cepimus exequētes: ad euāgelistarū psonas in expositione redeamus. Sequit. Et hic aspectus eoz similitudo hois in eis. Quis hoc loco homo describit: nisi ille de quo scriptū est. Qui cū in forma dei esset: nō rapinā arbitratus est esse se equalem deo: sed semet ipsum exinanuit formā seruī accipiēs in similitudinē hominū factus: et habitū inuētus vt hō. Hec itaqz aialia vt surge re ad sanctitatis p̄tutē valeāt: ad huius hois similitudinē tendunt: Sancta ei nō essent si huius hois similitudinē nō haberēt Quia quicquid in eis de visceribz pietatis: quicquid de māsuetudinē spū: quicquid de custodia hūilitatis: quicquid de feruore charitatis est: hoc ab ipso fonte misericordie: ab ipsa radice māsuetudinis: ab ipsa virtute iustitie. i. a media tore dei et hoim deo dño traxerūt. Huius se hois similitudinē habere egregius predicator ondit: dicens. Imitatores mei estote sicut et ego xpi. Ad eius nos similitudinē surgere ad monet: cū dicit. Primus homo de terra terrenus. Scōs homo de celo celestis. Sicut portauimus imaginē terreni. portemus: imaginē ei q̄ de celo descēdit. Sanctus et em quisqz intm̄ ad similitudinē huius hois ducit: in q̄tū vitā sui redēptoris imitat. Nā ab eius mādati. atqz operibus discordare qd est aliud q̄ a similitudine longe recedere: Plangūt autē vt iā delinquentiū pdicatores sc̄i. Sed de ipso nro capite scriptū est: qz sicut sup h̄im. Gaudēt de bonis actibz subditorz: et recte operātes diligūt. Sed de redēptore nostro scriptū est. Cui cū adolescēs quidā diceret: hec oia custodiū a iuuetute mea: magis dilexit eū. Portant illatas contumelias pdicatores sc̄i et nullā ad inuicē p̄meliam reddūt Sicut cū redēptori nro diceret. Demoniū habes. nō iniurias reddidit: s; māsuetudinē respondit dicens. Ego demoniū nō habeo. Fernēt zelo rectitudinis pdicatores sc̄i. Sed re

dēptor omniū flagello de resticulis facto: vendētes ⁊ emē-
 te s erigit de tēplo. Cathedras vendentiū colūbas euertit:
 ⁊ nūmulariorū effudit es. In omne qđ fortiter agunt humis-
 litatem tota intentione custodiunt. Sed p redēptionē dicit
 Discite a me qz in itis sum et humilis corde. Persecutores
 quoz suos diligit predicatores sancti. Sed ipse auctor om-
 niū ac redēptor in passione positus p psecutorib⁹ interce-
 dit dicen s. pater ignosce illis: qz nesciūt quid faciūt. Mē-
 bra sua ponūt in passione. p fratrib⁹: sed p electoz vitasqz
 ad mortē se tradidit auctor vite. Dicat ergo de sanctis aīa
 libus qđ similitudo hoīs in eis est: qz qđ sancta: qđ mira sunt:
 hoc in eis de specie similitudinis est. i. de xtute imitationis.
 Caput quippe oīm nostrū redēptor noster est. Et p salomo-
 nē dicit. Oculi sapientis in capite ei⁹: stult⁹ autē in tenebris
 ambulat. Tūc em in capite oculos habem⁹ cū vitā redem-
 ptoris nostri tacita cogitatioē cōspicimus cū oīs nra inten-
 tio in eius imitationē se erigit. Ne si vias lucis aspicerē ocu-
 lus mentis. neglexerit statiz clausus in tenebris erroris ca-
 dat. Ad huius similitudinē hoīs surgere festinabat ppheta:
 cū diceret. In mādatīs tuis exercebor ⁊ pldē abovias tu-
 as. Qui ei vias dñi tacite in mēte p̄siderat ⁊ se exercere in
 mādatīs illi⁹ festinat: qđ aliud in semetipō nisi imaginē no-
 ui hoīs reformiat: Qđ qz in sanctorū cordib⁹ incessant agit
 recte nūc de alialibus dī. Similitudo hoīs in eis. Post hāc ho-
 similitudinē q nūc in morib⁹ tenet: qñqz ad similitudinē gñe pue-
 nit. hinc eterni iohannes dicit. Nūc filij dei sum⁹ ⁊ nondū ap-
 paruit qđ erim⁹. Scim⁹ aut qm cū apparuerit: siles ei eri-
 mus. Qui mox vñ hoc fieri valeat: adiūgit dicēs. Qm̄vi de-
 binus eū sicuti est. Esse ei dei est eternū hūc atqz incōmū-
 tabilem pmanere. Nā oē qđ mutat desinit eē qđ fuit ⁊ inci-
 pit esse qđ nō fuit. Dei vero esse est dissimiliter nunqz esse.
 Vñ ad moysen dī. Ego sum qđ sum. Et dices filijs isrl. Qui
 est. misit me ad vos. Jacob⁹ quoz ait. Apud quem non est
 transmutatio: nec vicissitudinis obumbratio. Itaqz p iohan-
 nē dī. Siles ei erimus: qm̄ videbimus eū sicuti est. Quia p
 hoc qđ aspiciū⁹ ei⁹ essentiā nature: a mutabilitate nra li-
 berati figuram in eternitatem. Immutabimur q̄ppe in ipso
 quē videbim⁹: qz morte carebimus videndo vitā. Mutabi-

Joan. ij.**Mat. xi****Luce. xxij.****Eccles. ij.****Ps. cxvij.****Textus.****i. Jo. ij.****Ezo. ij.****Jaco. i.****BB. iij.**

Libet primus

Philipp. iij.

litate nostrā transcendem⁹. vidēdo immutabilē. Corruptio
ne nulla tenebimur: videndo incorruptionē. Erat autē tunc
silitudo hoīs etiā in corporib⁹ nostris. hinc etem p paulū
br. Nostra quersatio in celis est. Un etiā saluatore expectā
mus dñm iesum xp̄: q̄ reformabit corp⁹ humilitatis nostre
figuratū corpori claritatis sue. Erūt ergo tūc electorū cor
pora claritati dñici corporis cōfigurata: q̄ si equalitatem
glorie eius nō habēt p naturā: silitudinē tñ cōfigurationis
eius habebūt p gratiā. Quia itaq̄ silitudo vite ei⁹ nūc in
moribus trahit electorū: et in resurrectione sequit silitudo
eternitatis in mēte: qm̄ videbim⁹ eū sicuti est. Et q̄ silitu
dinē quoq̄ illi⁹ etiā corpora nra p̄cipiēt in figuratiōe: dicat
recte de sc̄tis aialib⁹. Silitudo hoīs in eis. hec nos in expo
sitiōis exordio plibasse sufficiat: vt loquēdi p̄tus silitio refo
ta ad indagāda mysteria q̄ sequit robustior exurgat. Certe
ti etenim sumus: q̄ ipsum de quo loquimur habem⁹ adius
torem. Qui viuit et regnat cūz patre in vnitate spiritus san
cti deus per omnia secula seculorū. Amē. homelia tertia

Textus.

Et quattuor facies vni: et quattuor
penne vni. Et pedes eorum pedes
recti et planta pedis eorum quasi
planta pedis vituli et scintille quasi aspe
ctus eris candentis. Et manus hominis sub
pennis eorum in quattuor partibus et facies et
pennas per quattuor partes habebant iun
cteq̄ erant penne eorum alterius ad alterū.
Non reuertebantur cū incederent: sed vnū
quodq̄ ante faciem suam gradiebatur.

3

Sancta quattuor aialia q̄ pphetie spū futura
p̄uidēt subtili narratiōe describūt cum dicūt.
Quattuor facies vni et quattuor penne vni. Quid
p facie nisi notitia: et qd p penas nisi volat⁹ et

Homelia. iij. Fo. xij.

primū. Per faciē q̄ppe vnusq̄sq̄ cognoscit. Per pēnā hō in
altē autē corpā subleuā. Facies itaq̄ ad fidē p̄tinet: pēna
ad p̄tēplationē. Per fidē nāq̄ ab omnipotēti deo cognoscit̄
mur: sicut ipse de suis ouib⁹ dicit. Ego suz pastor bonus: ⁊ co
Meſſis vero conſummatio ſeculi. Meſſores autem angeli
ſunt: ſicut ergo colliguntur: zizania et igni comburuntur:
ſic erit in conſummatione ſeculi. Inuolutus itaq; liber expā-
ditur qñ hoc quod obſcure platum fuerat: per latitudinem
intellectus aperitur: hunc inuolutum librum veritas expā-
dit: qñ in diſcipulis eſt qđ ſcriptum eſt. Tunc aperuit illis
ſenſum vt intelligerent ſcripturas. De quo adhuc libro ſub

Textus.

Ps. cxviii.

Textus.

Mat. xii.

Libri primus

Textus.

dicitur. Qui erat scriptus intus et foris. Liber ei sacri eloquii intus scriptus est per allegoriam: foris per hystoriam. Intus per spiritalem intellectum: foris autem per sensum littere simplicem: adhuc infirmantibus congruentem. Intus quia invisibilia promittit foris quia visibilia preceptorum suorum rectitudinem disponit. Intus quia celestia pollicetur: foris autem quia terrena contemptibilia qualiter sunt: et in usu hñda vel ex deserto fugienda precepit. Alia namque de secretis celestibus loquitur: alia vero in exterioribus actionibus iubet. Et ea quidem que foris precepit patent: sed illa que de internis narrat: plene apprehendi nequeunt. Unde scriptum est. Extendens celum sicut pellem: qui tegis in aquis superiora eius. Quid enim celi nomine nisi sacra scriptura signatur. De qua nobis et sol sapientie et luna scientie: et ex antiquis partibus stelle exemplorum atque virtutum lucet. Quod sicut pellis extenditur: quia per scriptores suos carnis lingua formati ante oculos nostros: et per verba doctorum exponendo displicat. Quid et aquarum nomine nisi sanctissimi angelorum signantur chori. De quibus scriptum est. Et aque que super celos sunt laudent nomen domini. huius ergo celi superiora dominus aquis tegit que alta sacri eloquii. id est que de natura divinitatis: vel de eternis gaudiis narrat: nobis adhuc nescientibus solis angelis in secreta sunt cognita. Celi ergo hoc et coram nobis extenditur et tamen in aquis superiora eius contegunt: quia et quod alta sacri eloquii iam nobis per aptationem spiritus patet: et quod alta que solis angelis patent esse manifesta: nobis adhuc servantur occulta. De quibus tamen occultis iam parte per spiritalem intelligentiam sentimus: tam sancti spiritus pignus accepimus: et hec et plene nec dum cognovimus: et tamen medullitus amamus: et in multis spiritualibus sensibus quos iam cognovimus: vitæ pabulo pascimur. Dicat ergo. Qui erat scriptus intus et foris. Quia in sacro eloquio et dicitur occultioribus atque sublimioribus fatiantur fontes: et preceptis aptioribus nos parum nutritur. Unde scriptum est. Motes excelsi cervinis: per terra refugium erinacis. habeant enim motes intelligentie qui iam parte platiōis facti dare novērūt. Sed terra sit refugium erinacis quia nos puni et peccatorum nostrorum svinis coopti: et si intelligere alta non possumus: et petreum refugium. id est in christi fide salvamur.

ps. c. xlii

ps. cii.

Homelia. ix. Fo. lvi.

Unde et quibusdam dicitur. Nihil me iudicavi scire inter
vos nisi xpm iesum et hunc crucifixum. Ac si diceret: Quia
nos capere diuinitatis eius mysteria non posse pensavi; so
la nobis humanitatis eius infirma locutus sum. Sequitur.
Et scripte erant in eo lamentationes: carmen: et ve. Car-
men aliquando in bono: aliquando vero in malo accipi dubium
non est: quia et letum carmen et lugubre carmen dicere possu-
mus. Sed nos scripture sacre vsu sequentes que pene se-
per carmen ponere in prosperis solet hoc in loco pro bona
parte dictum carmen accipimus. Nam cum omnipotes deus
populum suum de mari rubro liberasset: scriptum est. Tunc moy-
ses et filii israel cecinerunt carmen domino. Et celi dauid victoriarum
de hostibus fecisset: scriptum est. Locutus est dauid domino verba
carminis huius. Salomon quoque ait. Acetum in nitro et qui ca-
rat carmina corde pessimo. Acetum quippe si mittatur in
nitro: feruescit nitrum protinus et ebullit. Et peruersa mens
quando per increpationem corripitur: aut per predicatio-
nis dulcedinem bona suadentur: de correptione fit deterior.
Et inde in iniquitatis iniquitate succenditur. Unde
debit ab iniquitate compesci. Per heliu quoque de ingra-
to ac sese desperante dicitur. Et non dixit vbi est qui fecit
me: qui dedit carmina in nocte. Carmen quippe in nocte
est leticia in tribulatione. Carmen autem in nocte accipi-
mus quoniam in pressuris presentibus de futuris gaudis consolamur.
Carmen nobis ostendebat aplos cum dicebat. Spe gaudetes: in
tribulatione patientes. Carmen in nocte se dauid hinc indicat
dicens. Tu es mihi refugium a pressura que circumdedit me ex-
ultatio mea: redime me a circumdantibus me. Qui enim circum-
darise pressuris narrat: et tunc deus sibi esse exultationem volat
proculdubio carmen in nocte carat. Quia igitur pene sem-
per in bono carmen ponere scriptura sacra consuevit: ita a
nobis etiam in hoc loco debet intelligi. Ne autem in scriptu-
ra sacra sepius de eterno luctu: quod presentis solet intelligi. Unde
scriptum est. Ne impio in malo retributio enim manus
eius fiet ei. Et beatus Job loquitur dicens. Si impius fue-
ro: ve mihi est. Si autem iustus: non leuabo caput fatura-
tus afflictione et miseria. Iustorum enim afflictio tempora-
lis est. Ne ergo quod dixit: a temporali afflictione distinxit.

i. Cor. ij.

Textus.

Exo. xv.

ij. Reg. xxiij.

Proner. xxv.

Job. xxxv.

Ro. viij.

ps. xxxi.

Esai. ij.

Job. i.

Liber primus

Mat. xxix.

Lu. vi.

Marci. xx. iij.

Johel. ij.

Jaco. iij.

ps. lxxxiij.

Mat. xxij:

Esai. lvi.

Mat. xv.

qui et iustum afflictionem et impium ve habere perhibuit
Per semetipsas quoq; veritas dicit. Ne mundo a scandalis
Et ve vobis qui ridetis qm flebitis. Et ve pregnantibus
nutrientibus in illis diebus. Pensanduz q nobis e: quomo-
do hec tris in sacro volumine scripta sint lamatationes: car-
men: et ve lamentationes videlicet: q; in eo scripta est pen-
nitentia peccatorum. Carmen vero quia ibi prenuccian-
tur gaudia iustoz. Ne autem q; illic expressa est danatio
reprobos. Ut ergo peccata punias lege q; in hoc volumi-
ne scripta sunt lamenta. Scindite corda vestra ⁊ nō vestite
mēta vestra. Et rursus. Miseri estote ⁊ lugete: ris⁹ vester
luctum conuertatur: et gaudium in merore. Ut aut de pro-
missione gaudij sequentis hilarescas: cognosce que in hoc
volumine scripta sūt carmina laudis eterne. Beati qui ha-
bitant: in domo tua domine: in seculis seculi laudabunt te.
Et sicut per quendam sapientem de celesti hierusalē dicitur.
Ex lapide precioso ⁊ mundo omnes platee eius sternē-
tur: ⁊ per oēs vicos ei⁹ alleluja cantabitur. Hoc nobis car-
men celestis patrie nunciare ciues eius venerant: q; cōcor-
diter clamabant. Gloria in excelsis deo: et in terra pax ho-
minib⁹ bone voluntatis. S; si adhuc pnti seculo mente in-
heres: si adhuc terrenis voluptatib⁹ delectaris: amare nō
potes gaudia eterna que audis. Cognosce ergo in hoc vo-
lumine ve qd in eo scriptum est: atq; ab animo per timores
expelle quod diligis: vt possis ex iudicio carne amare qd
legis. Ibi quippe sub vnus damnati specie multitudo ois
exprimitur reprobos: cū voce veritatis dicitur. Ligatis
pedibus eius ac manibus mittite eum in tenebras exte-
res: illic erit fletus ⁊ stridor dentium. Tunc etenim repro-
bi in exteriores tenebras cadunt: q; nunc in interiorib⁹ sua
se sponte deiecerunt: vt veritatis lumine nec credendo nec
bene operando sequerentur. In quibus ligatis pedib⁹ ac
manibus mitti p̄cipiuntur: quia nunc dum tempus operan-
di atq; currendi est: habere manus ⁊ pedes liberos i bona
actione noluerunt. Ibi ve reprobos scriptū est. Vermes
eorum non moriet: ⁊ ignis eorum non extinguetur. Ibi dan-
natis ac repulsis dicitur. Discedite a me maledicti in igne
eternum qui paratus est diabolo et angelis eius. In hoc

Homelia. x. Fo. lviij.

Itaque volumine cuncta que edificant omnia que erudiant scripta continentur. Peccasti enim et iam te penitet illicita perpetraste ut agendam ad penam docearis ibi inuenis lameta. Sepe celestium gaudiorum mentem reuelare desideras: ibi ad consolationem tuam inuenis carnem. Sin hoc et mala perpetrasti: et hec te perpetraste non penitet: sed ceruicem mentis erigis ad nullas penitentiarum inclinatis: nulla celestium gaudiorum expectatio ne corrigeris: velis nolis: ibi scriptum auditur es ve. ut que nec timor ad penam humiliat: nec spes ad supra premia exaltat: damnationis sue iam nunc penam prospiciat: et sine excusatione in eternum supplicium cadat. Quid igitur fratres quid agendum est miseris nobis: nisi ut exiguemus ad huius verba voluminis: et mala que nos egisse meminimus fleatibus puniamus ut per lamenta penitentiae perueniamus ad carmen vite. Ne si affligi modo penitendo nolumus: ve postmodum sine fine sentiamus. Nec nos nostrorum vulnerum multitudine in desperationem deprimat: quia maior est potentia medicum quam magnitudo languoris nostri. Quid est enim quod reparare ad salutem non possit quod potuit omnia ex nihilo creare. Unigenitus quisque est omnipotenti patri coeternus. Qui cum eo viuit et regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

Homelia decima.



Illi hominis quodcumque inuenieris comede. Comede volumen istud et vades loquere ad filios israel. Et aperuit os meum et cibauit me volumine illo. Et dixit ad me filii hominis veter tuus comedet et viscera tua complebitur volumine isto quod ego do tibi. Et comedit istud et factum est in ore meo sicut mel

Liber primus

dulce Et dixit ad me. Fili hominis vade ad domum israel. et loquaris verba mea ad eos. Non enim ad populum profundi sermonis et ignote lingue: quorum non possis audire sermones Et si ad illos mitteris spiritus audirent te. Domus autem israel nolunt audire te: quia nolunt audire me. Omnis quippe domus israel atrita fronte est et duro corde. Ecce dedi faciem tuam valentiozem faciebus eorum et frontem tuam duriozem frontibus eorum ut adamantem et ut silicem dedi faciem tuam. Ne timeas eos neque metuas a facie eorum: quia domus exasperans est. Et dixit ad me Fili hominis: omnes sermones meos quos ego loquor ad te assume in corde et auribus tuis audi et vade ingredi ad transmigrationem ad filios populi mei et loqueris ad eos et dices eis. Hec dicit dominus deus: si forte te audiant et quiescant. Et assumpsit me spiritus et audiui post me vocem commotionis magne benedicta gloria domini de loco suo et voce alarum animalium percutientium alteram ad alteram et vocem rotarum sequentia aialia et vocem commotionis magne Spiritus quoque

leuauit me ⁊ assūpsit me ⁊ ab illi amarus in indignatione spīritus mei. Manus enim domini erat mecum confortans me.



Olēt quidam scriptu

ram sacri eloquij legentes cum sublimiores eius sententias penetrant / minora mandata que infirmioribus data sunt tumentur sensu despiciere ⁊ ea uelle in alio intellectu per

mutare. Qui si recte in ea alta intelligerent: mandata quoque minima despectui non haberent quia diuina precepta sic in quibusdam loquuntur magnis ut tamen in quibusdam congruant paruulis qui per incrementa intelligentie: quasi quibusdam passibus mentis crescant atque ad maiora intelligenda perueniant. Unde nunc sancto propheta dicitur. **Fili hominis quodcumque inueneris comedere. Quicquid enim in sacra scriptura inuenitur edendum est quia et eius parua simplicem componunt uitam et eius magna subtile edificat intelligentiam. Sequitur Comede uolumē istud ⁊ uadens loquere ad filios israel. Et aperui os meum ⁊ cibus uit me uolumine isto. Scriptura enim sacra cibus et potus. Unde etiam dominus per prophetam alius minatur. **Mittam famem in terram. Non famem panis neque sitim aque sed audiendi uerbum domini. Qui ergo substracto suo eloquio fame ac siti nos dicit atteri quia eius uerba et cibus nosser et potus sint demonstrat. Sed notandum quod aliquando cibus: aliquando potus sunt. In rebus enim obscurioribus que intelligi nequeunt nisi exponatur scriptura sacra cibus est quia quicquid exponit ut intelligatur quasi mandatum glutinatur. In rebus uero apertioribus potus est. potum etenim non mandando glutimus. Apertiora ergo mandata bibimus quod etiam non exposita intelligere ualemus. Pro eo autem quod multa ezechiel propheta obscura atque plera auditus erat nequaquam ei de sacro uolumine dicitur bibe sed comedere. Ac si apte diceret. Pertracta et intellige. i. p. i. mā****

Textus.

Textus.

A
amos. viij.

v. h. ij.

Liber primus

de et sic degluti. Sed in h'bis sacri eloqui iste debz stud
nostri ordo seruari: vt hec ideo cognoscamus: quia n'c
iniquitate nostra cōpūcti/cognoscentes mala que fecim'
vitemus ne alia faciamus. Et cū iam ex magno vsu lachry
marum de peccatorum remissione ceperit esse fiducia per
verba dei que intelligimus ad vitam quoq; et alios trah
mus. Ad hoc enim intelligenda sunt vt et nobis prosint: et
intentione spiritali aliis conferantur. Unde bene nūc dicit
tur. Comede volumē istud: et vade loquere ad filios israel
Ac si ei de sacro cibo diceretur. Cōede et pasce: saturare
eruta: accipe et sparge: confortare et labora. Et notandū
quod propheta subiungit dicens. Et aperui os meum: et ci
bauit me volumine illo. Os in corde alius propheta esse te
statut dicens. Labia dolosa in corde et corde solutum sūt ma
la. Os ergo aperimus quādo sensum ad intelligentiam sa
cri verbi pparamus. Itaq; ad vocē dñi ppheta os aperuit
qz ad spiramentū dñici precepti cordis nostri desideria in
hiant: vt de cibo vite aliquid sumant. Sed th hoc ipsū sume
re: nostrarum virium non est: nisi ipse cibauerit q vt come
dat iussit. Ille etenim cibatur qui per se edere non potest.
Et qz ad capiēda verba celestia idonea nra infirmitas
est: ipse nos cibet q nobis in tempore mensurā tritici reple
rat: qm̄ in sacro h'bo dñi hodie intelligim' quod h'bet
no die nesciebam: cras quoq; cōprehēdimus quod hodie
nescimus: p diuine dispensationis gratiam quotidiano ali
mento nutriamur. Omnipotens etenim deus quasi totiens
ad os cordis nostri manum porrigit: quotiens nobis intel
ctum aperit: et cibū sacri eloqui in nostris sensibus mittere
Cibat q nos volumine: cū sensū nobis scripture sue dispē
do aperit: et ei' dulcedine nostras cogitationes replet. Cū
et subditur. Et dixit ad me. Fili hois: venter tuus comedit
et viscera tua replebūt volumine isto qd ego do tibi. In tra
latione veteri non habetur: venter tuus comedit et viscera
tua replebuntur. Os enim nostrum comedit dum verbum
dei legimus: viscera vero nostra complentur cum intelligi
mus atq; seruamus ea in quibus legendo laboramus. In
posteriori autem translatione quam et veraciore credim'
scriptum est. Venter tuus comedit: et viscera tua replebuntur.

ps. xi.

Textus.

Homelia. x. Fo. lix.

In sacro vero eloquio nonnunquam venter pro mente ponitur. In sacro vero eloquio nonnunquam venter pro mente ponitur. Unde et per hieremias dicitur. Ventrem meum: venter enim mecum doleo. Quod quia de spiritali et non corporeo ventre dixerat adiunxit. Sensus cordis mei conturbati sunt. Neque enim ad salutem populi pertinebat si propheta venter meum corporeum se dolere predicaret. Sed venter doliuit: qui mentis afflictionem sensit. Sed cur exemplum prophete offerimus: cum testimonium domini apertius habemus? Et necesse est ut cum per semetipsam veritas loquitur propheta taceat: quia lucerna claritatem non habet in se: sicut enim. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius fluent aque viue. Quia enim de mente fidelium sancte predicationes defluunt: quasi de ventre credentium aque viue flumina decurrunt. Ventris autem viscera quid sunt aliud nisi mentis interna. id est. recta intentio. sanctum desiderium: humilis ad deum: pia ad proximos voluntas. Ut nunc recte dicitur. Venter tuus comedet: et viscera tua replebitur. Quia cum mens nostra pabulum veritatis acceperit interna nostra non tam vacua remanent: sed alimento vite saturata. Pensemus charissimi fratres mei quod sit pia ista promissio que dicitur. Venter tuus comedet: et viscera tua replebitur ut volumine isto quod ego doctus sum. Multi enim legunt: et ab ipsa lectione ieiunant. Multi vocem predicationis audiunt: sed post vocem vacui recedunt. Quorum: et si venter comedit: viscera non replentur. Quia et si mente intellexerint sacra verba precipiunt: obliuiscendo et non seruando que audierint hec in cordis visceribus non reponunt. Hinc est enim quod per prophetam alius quosdam dominus increpat: dicens. Pone corda vestra super vias vestras. Seminastris multum et inutiliter. Multi cordi suo seminat sed parum fert quod de mandatis celestibus vel legendo vel et audiendo multa cognoscit: sed negligentem operando pauca fructificat. Comeditur non satiatur: quod verbum dei audiens: lucra vel gloriam seculi concupiscit. Bene autem non satiari dicitur: quia aliud mandit: et aliud esurit. Bibit et non inebriatur: qui ad vocem predicationis aurem inclinat: sed mentem non mutat. Solet enim per ebrietatem bibentium sensus mutari. Qui ergo ad cognoscendum dei verbum deuotus est: scilicet

biere. liij.

Johan. vi.

Textus.

Aggel. i.

b. b. iij.

Liber primus

Mat. xvi.

Gal. v.

adipisci desiderat: bibit et inebriatus non est. Si et inebriatus
esset proculdubio mentem mutasset: ut iam terrena non
reret: iam vana et transitoria que amauerat non amaret. In
electis namque per psalmistam dicitur. Inebriabuntur ab
vbertate domus tue. Quia tanto omnipotentis dei amor
repleti sunt: ut mutata mente sibi metipsis extranei esse
deant implentes quod scriptum est. Qui vult post me veni
reabneget semetipsum. Semetipsum abnegat qui mutat
meliora: et incipit esse quod non erat et desinit esse quod erat. Si
pe aut quosdam vidimus ad vocem predicationis quasi
conversione compunctos: habitum non animum mutasse
ita ut religiosam vestem sumerent: sed ante acta vitia non
calcare: ire stimulis inaniter agitari: malicia dolosus
proximi lesione feruiscere: de ostensis quibusdam bonis
te humanos oculos superbie: phris mundi lucra inhiant
querere: et de solo exteriori habitu que sumperunt: san
tatis fiducia habere. Quibus quid aliud dicendum est: nisi
hoc quod doctor egregius quibusdam legis exteriora ser
tibus loquitur dicens. Quia in christo iesu neque circumcisio ali
quid valet: neque preputium: sed noua creatura. Non est me
sni meritum est si quid fortis erga nos agat in corpore: sed
snope pensandum est quid agatur in mente. Nam phre
mundum despiciere: transitoria non amare: mentem medi
lit in humilitate deo et pro sterno pro illatas contumelias
patientia suare et custodita patientia dolore malicie a con
de repellere: egenis propterea tribuere aliena minime ab
amicum in deo diligere: propter deum et eos qui inimici sunt
amare: de afflictione proximi lugere: de morte eius que in
cus est non exultare. Hec est noua creatura quam idem ma
gister gentium apud alios discipulos vigilanti oculo requirit
dicens. Si qua igitur in christo noua creatura vetera transi
runt: ecce facta sunt noua. Ad veteres qui ipse hominem
net partem mundum querere: transitoria ex concupiscencia
mare mentem in superbiam erigere: patientiam non habere
ex dolore malicie de proximi lesione cogitare: sua indige
bus non dare: atque ad multiplicandum aliena querere: non
lum pure propter deum diligere: inimicitias inimicis
dere: de afflictione proximi gaudere. Cuncta hec vetustatis

hominis: que videlicet de radice trahimus corruptionis.
 Sed qui iam ista exuperat: et ad precepta dominica mens-
 tem in benignitate comutat: de hoc recte fit: quod vetera tras-
 lerunt: ecce facta sunt noua. Tunc ergo in nostris mentibus
 noua sunt: cum a nobis vetusti hominis vitia transferantur: quasi
 sacri verbi preceptum venter comedit et viscera medulliter
 replentur. Sepe enim quosdam vidimus tota se mente ad
 sancte electionis studium contulisse: atque inter verba dñi-
 ca recognoscentes in quantis deliquerint semetipsos in la-
 chrymis mactare: merore continuo affligi: in nullis huius
 mundi prosperitatibus delectari: ita ut eius vita p̄sentis
 mundi lux ipsa fastidio fieret: vix ad colloquenda cōsa admit-
 tere atque a rigore discipline animi difficile relaxare: p̄ amo-
 rem p̄ditoris luctu solummodo et silentio gaudere. Hōr v̄t
 ter sacrum volumen comedit: et viscera repleta sunt: quod p̄ce-
 pta vite que sensus capere potuit: memoria nō amisit. Et
 hec collectus in deo animus iugēdo sp̄ et recolendo seruauit.
 Et sic plerūq; vt tales quosq; ex dono celestis gratie etiam
 v̄bi doctrine precipiant: atque de veritatis pabulo quod ipsi in-
 trinsecus dulciter ruminant: p̄ximos suauiter pascant. De
 quorū profectu ore predicatio audientibus dulcis est: quan-
 do eorum actio cōtraria suis predicationibus nō est. Quia
 de propria vita sumunt: quod p̄ linguam p̄ximis cōferunt. Unde
 recte hic quoque p̄pheta subiūgit. Et comedit illud: et factū
 est in ore meo sicut mel dulce. Liber quod viscera replent dul-
 cis in ore sicut mel factus est: quod ipsi de omnip̄ otēti dño sciūt
 suauiter loqui: qui hūc didicerunt in cordis sui visceribus ve-
 raciter amare. In ei⁹ quippe ore scriptura sacra dulcis est
 cuius vite viscera mandatis illius replent. Quia ei suauis
 est ad loquendum: cui interius impressa ad viuendū fuerit.
 Nam sermo dulcedine nō habet quem vita reprobā intra
 cōscientiam remordet. Unde necesse est: vt querebū loqui
 tur prius studeat qualiter viuat: vt post ex vita colligat quod
 qualiter dicat. Ad predicandū namque plus cōsciētis san-
 cti amoris edificat quod exercitatio sermonis. Quia amando
 celestia intra semetipsum predicator legit quod persuadeat
 vt despici debeant terrena. Qui civitā suā interius pensat
 et exēplo suo foris admonēdo alios edificat: quasi in corde

Textus.
 B.

h. iij.

Liber primus

- lingue calamus tingit: in eo quod manu verbum proximis
exterius scribit. Inde admirabilis predicator cum multa discipulis
exhortando dixit: quod nullam intra semetipsum de conscientia
contrarietatem pertulit: secutus adfluxit. Si quavis
tuis: si qua laus discipline. hec cogitate que et didicistis ac
cepistis: et audistis: et vidistis in me. hec agite: et de pacis
erit vobiscum. Sequitur. Et dixit ad me. Fili hominis vade
ad domum israel et loqueris verba mea ad eos. In eo quod
dominus prophete dicit loqueris verba ad eos quid aliud quam
eius os frenum moderamini imponit? Ne que prius in
non audierit: foris dicere presumat. Nam prophete falsi sua
et non dei verba loquebant: de quibus scriptum est. Nolite
audire verba prophetarum qui prophetant vobis: et decipiunt
vos visionem cordis sui loquuntur non de ore domini. Et rursum.
Non loquebar ad eos: et ipsi prophetabant. Quis ex re
quoque colligendum est: quod et quisquis expositor in explana-
tione sacri eloquii ut fortasse auditoribus placeat aliquid
mentiendi componit: sua non et domini verba loquit. si tam-
men placendi vel seducendi studio mentali. Nam si in ver-
bis dominicis fidem requirit: ipse aliter quam is per quem pro-
lata sunt senserit etiam sub intellectu alio edificationem
charitatis requirat: domini sunt verba que narrat: quod ad hoc so-
lum deus per totam nobis sacra scripturam loquit ut nos ad
suum et primi amoris trahat. Sequitur. Non et ad populum
fundis sermones et ignote lingue tu mitteris ad domum israel. ne-
que ad populos multos fundis sermonis et ignote lingue:
quorum non possis audire sermones. Et si ad illos mitteris
ipsi audire te. Domus autem israel noluit audire te: quod noluit
audire me. In ipso iustionis exordio quod propheta ad predicandum
mittitur: apte et vocatio gentium: et israelitarum repulsio desi-
gnatur. Nam cum dicitur: non ad populos multos fundis sermones
et ignote lingue mitteris: quorum non possis audire sermones
atque statim subditur: et si ad illos mitteris ipsi audire te.
apte declarat obedientiam gentium: que quibus predicatori essent
sine tarditate secuturæ. Et cum subditur. domus autem israel non
lunt audire te: quod nolunt audire me: iudee duricia designa-
tur: quod verba predicatum et cognovit et sequi noluit. Ignorantiam
tem lingua gentium ad obedientiam moram non fecit: quibus extra
- Phili. iij.**
Textus.
- iere. xxi.**
Idem.
- Textus.**

nea ab eloquio legis fuit. Bene autem dicitur. Nolunt a u
 dire te q: nolunt audire me: secundū hoc quod scriptū est.
 Qui vos spernit me spernit. Causa quoq; cur non audiant **Luce. x.**
 subinfertur cum dicitur. Omnis quippe domus israel attri
 ta fronte est ⁊ duro corde. Cum domus israel attrita fron
 te esse perhibetur: quid aliud sentiendū: quid ve cogitans
 dum est: nisi q; frontem cordis in impudentiā atterit culpa
 frequens: vt quo crebrius cōmittitur: eo de illa committē
 tentis animus minus verecundet: atq; ideo ad tātam cor
 dis duriciam quandoq; peccator peruenit: vt iam in corru
 ptione sensibilis nō sit. Quia qui vsu peccandi induruit: nul
 lo modo corripientis verbum idest manū palpantis sentit:
 sicut iudee quoq; crebrius delinquenti dicitur. Fronis mu
 lteris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. Vel cer
 te attrita frons est in huius mundi actibus assueta: q; sicut
 sunt nōnulli qui quietem cunctis mundi premijs atq; hono
 ribus preponūt: ita nōnulli vt in hoc mundo aliquid esse vt
 deantur: terrenis laboribus insidiant insistent caulis: pers
 miscentur iurgijs. Et quis se corpore deficere inter labo
 res sentiant: amore tamen terrenarū rerum deuicti: dele
 ctabiliter fatigant. Quibus per pphetam dicit. Effraim **Osee. x.**
 vitula docta diligere trituram. Vitula etenim in tritura a
 ree assueta: etiam si relaxat a labore: sponte redit. Sic qui
 busdam prauis mentibus nihil est laboriosius q; si eis pre
 cipitur: vt in huius mundi actibus nō laborent. Nam sepe
 quidam repulsi ab actione terrena deprecant vt redeant.
 Rogant vt premant: graue se incurrisse periculum quietē
 putant. Attrita ergo fronte sunt: q; nō solum labores nō su
 giunt: sed neq; importuni videri in laborib; q; sibi negant
 erubescūt. Sequit. Ecce dedi faciē tuā valentiorē facieb; **Textus.**
 eoz: ⁊ frontē tuā duriorē frontibus eoz. Sicut verecundia
 laudabilis est in malo: ita reprehensibilis est in bono. Eru
 bescere em̄ malū sapientie est. Bonū vero erubescere fatu
 tatis. Vñ scriptū est. Est cōfessio adducens pctm̄: ⁊ est cōfū **Eccle. iiii.**
 sio adducēs gl̄iam. Qui em̄ erubescit penitendo mala que
 fecit: ad vite libertatē puenit. Qui vero erubescit bona fa
 cere: a statu rectitudinis cadit: atq; ad dānationes tēdit. Si
 cut p̄ redemptorē dicit. Qui me erubuerit ⁊ meos sermones: **Luce. ix.**

Libert primus.

hunc filius hominis erubescet cū venerit in maiestate sua. Et sunt quidam qui bona sua iam in mente concipiunt: sed necdū malis aperte cōtradiciunt. Hi nimirū q̄ boni sunt in mente: sed auctoritatem nō habēt in locutione: apti ad veritatis defensionē nō sunt. Ille enim esse veritatis defensor debet: qui q̄ recte sentit loqui: nec metuit: nec erubescit. Vñ nunc in magno munere p̄phete p̄mittitur. Ecce dedi faciem tuam valentiozem faciebus eorū: et frontem tuā duriorē frontibus eorū. Quid est autē peccator: nisi vulneratus: et q̄d predicator nisi medicus? Si ergo nō erubescit peccator q̄ iacet in vulnere: cur erubescat medicus q̄ p̄ medicamenta p̄videt salutē? Sepe hō cōtingit vt p̄dicator reuertēter audiat. Nonnunq̄ hō a peruersis ita despiciat: ac si eis nihil utilitatis loquatur. Unde recte nunc dicit. Ut adamantē et vt silicē dedi faciem tuā. Adamas et silix vtraq̄ dura: sed vnum horū p̄ciosum est: alterū vile. Adamas ad ornamentū sumit: silix ab itinētibz calcatur. Et sepe cōtingit vt hos quos correptionē suā cōspicimus nimis hūiliter audire: verecūdemur eis aliqua dicere. Nonnunq̄ hō euenit vt eos quos increpationē suā videm⁹ postponere et despectu h̄re trepidem⁹ eis h̄bū p̄dicationis inferre. Sz si recte sapim⁹ et ad eos a q̄b⁹ nos honorari sp̄cimus: et ad eos a quib⁹ nos despici videm⁹ auctoritatē exhortatiōis v̄licre p̄tionis sumim⁹ vt nec illoz hūilitatē debeam⁹ erubescere: nec illoz supbiā formidare. Dical ergo. Dedi faciem tuā vt adamantē. i. si ab auditorib⁹ honoraris. Dedi faciem tuā vt silicē: si ab auditorib⁹ cōculcaris atq; despiceris: vt nec p̄ illatum honorē refrenet̄ lingua ex verecūdia: nec p̄ despectum taceat ex infirmitate. Sequit̄. Ne timeas eos neq; metuas a facie eoz: qz dom⁹ exasperas est: hoc iā superius dictū est. Sz notādū q̄ aspera dom⁹ habet: cui⁹ asperitas iā crebro replicat. In crepād⁹ itaq; pctōr est: et nūq̄ timēdus: qz dom⁹ exasperas est. Timere ei hō debuerat si ipse auctore oim vt hō timuisset. Nā q̄ rōnis sensus ad timorem dei nō habuit: tātō in nullo timēd⁹ est: q̄to hoc q̄d eē debuit nō est. Sequitur. Et dixit ad me. Fili hominis oēs sermōnes meos quos loquor ad te assume in corde tuo et aurib⁹ tuis audi: et vade ingredi ad trāsmigrationē filioz populi

Textus.

Textus.

Textus.

Textus.

Homelia x. Fo. lxiij.

li fut. Vigilanter intuentis est qd voce dñi ad pphetam di-
ctur: vt prius sermones eius audiat: & postmodu loquatur
Audimus enim verba dei si facimus. Et sic ea primis re-
cte loquimur: cū prius ipsi fecerimus. Quod bene marcus
euangelista pfirmat: cū factum domini miraculum narrat
dicens. Adducent ei surdum & mutū: & deprecabant eum **Mar. viij.**
vt imponat illi manum. Cuius ordi in curationis insinuat:
subdens. Adisti digitos suos in auriculas: expuensq; tetis
sit linguam eius: & suspiciens in celum ingemuit et ait illi.
Effeta: qd est adaperire. Et statim aperte sunt aures ei?
& solutum est vinculum lingue eius & loquebat recte. Quid
est enim q creator omnium deus cum surdum & mutum sa-
nare voluisset in aures illius suos digitos misit: & expuens
linguam eius tetigit? Quid p digitos redēptoris nisi do-
na sancti spiritus designantur? Unde cum in loco alio ele-
cisset demonium dixit. Si in digito dei eijcio demonia p- **Luce. xi.**
fecto peruenit in vos regnum dei. Qua de re per euange-
listam alijs dixisse describit. Si ego in spiritu dei eijcio de-
mones igitur peruenit in vos regnum dei. Ex quo vtroq;
loco colligit: q; digitus spūs vocat. Digtos ergo in auris
culas mittere est: per dona spūs sancti mentē surdi ad obe-
diendū aperire. Quid est hō q expuens linguā eius tetigit?
Salina nobis ē ex ore redēptoris: accepta sapientia in elo-
quio diuino. Salina q̄ppe ex capite defluit in ore. Ea ḡ sa-
piētia q̄ ipse est: dū lingua nra tangit: mox ad p̄dicationis
hōba format. Qui suspiciens in celū ingemuit. Nō q̄ ipse ne-
cessariū gemitū haberet q̄ dabat qd postulabat: s; nos ad
eum gemere q̄ celo p̄sudet docuit. Ut & aures nre p̄ donum
spiritus sancti aperi: & lingua p̄ saluā oris. i. p̄ sciētiā di-
vine locutionis solui debeat ad hōba p̄dicationis. Cui mos
effeta. i. adaperire dicit. Et statim apte sunt aures eius: et
solūtū est vinculū lingue eius. Qua in re notandū est: q; p̄
pter clausas aures dictū est adaperire. S; cui aures cordis
ad obediēdū apte fuerint: ex subsequenti p̄culdubio etiam
lingue ei? vinculū soluit: vt bona q̄ ipse fecerit: etiā facien-
da alijs loquat. Ubi bñ addit: & loquebat recte. Ille enim
recte loquit qui pri? obediēdo fecerit: q̄ loquēdo admonet
esse faciēda. Qd vero ad transmigratiōē p̄p̄ti admonēdā

Liber primus.

ppheta mittitur: nō solum ea trāsmigratio debet intelligi
q̄ ei⁹ ppli erat in corpore: s; etiā q̄ facta fuerat i mēte. Ab
hierusalem q̄ppe ad babiloniā venerat. Et q̄d hierusalem
nisi visio pacis: Quid babilonia nisi cōfusio vocat⁹: Quisq̄
ho a rectis operib⁹ in pueris actibus cadit: qm̄ a bono stu
dio ad vitia de sunt: quasi ab hierusalē ad babilonie ciuitas
temvenit. Cuius ei bone cōtemplationis deseruit: atq; i
transmigratione cōfusionis iacet. Quod illis sepe solet cue
nre: qui cū bona agant in hys de sua p̄tute gloriānt. Unde
psalmista ne a visione pacis. i. a bonis actibus captiuus ad
babiloniam emigraret: domino supplicans dicit. **Et duxerit**
meus nō emigrabo. Si enim in se consideret: a iusticie ope
ribus cadendo migrasset. Sed neq; hī qui a statu rectitu
dinis in prauam actionem ceciderunt desperandi sunt: q̄
ecce ppheta ad transmigrationem babilonie mittitur. Et
per pphetam alium dñs dicit. **Et venies vsq; babilonem**
et ibi liberaberis. Sepe enim quis postq̄ in cōfusionem vi
tiorum ceciderit: erubescens mala q̄ ppetrauit ad p̄nias re
dit: seq; a suis la p̄sibus bñ viuendo erigit. Quid ergo iste:
nisi vsq; ad babilonem venit: et ibi liberatus est: Qui post
q̄ cōfusio mēte pueris ppetrauit: hec ipsa erubescēs mala
q̄ fecit: se cōtra se erigit: et bene operando ad statū rectitu
dinis redit. In babilonē itaq; liberat⁹ est: q̄ p diuinā grām
ostēdit etiā de cōfusione saluat⁹. Propheta ergo ad trāsmi
grationē loquit⁹: cū illos increpat q̄ a statu rectitudinis ad
erroris vitia trāsmigrādo ceciderūt. Sequit⁹. **Et loq̄ris ad**
eos: et dices. hec dicit dñs deus: si forte audiat et quiescat.
Quis quotiens diuinis vocibus difficultas audiendi repetit
vt dicat si forte audiant: quid aliud q̄ trāsmigrati populi
duricia signat⁹: In quibus p̄bis magna est nostra cōsolatio
Quia si omnipotens deus pphetam mittens: a peruerso
populo suo p̄bis suis denūciat difficile audiri: cur nos miseri
constristamur cum sepe a fratribus in nostra admonitione
cōtemnimur: Nam crebro delinquentes alloquimur frequē
ter increpamus. Sepe cum eis blandis sermonib⁹ agim⁹:
et tamen alter audit: alter audire cōtemnit. Alter ex par
te verbum exhortationis suscipit: et ex parte recipere recu
sat: ita vt quotidie impleri videamus hoc q̄d p pphetam

ps. lxi.

xxiij. iij.

Textus.

alia dñs narrat q̄ fecerit irat⁹ cū dicit. Plui sup ciuitatem
 vnā: ⁊ sup alterā nō plui. Pars vna cōpluta est ⁊ ps q̄ com
 pluta nō est aruit: Cū enī sancte exhortationis verba alia
 mens suscipit: alia recipere recusat. Sup vnā ciuitatē dñs
 pluit: et sup alterā nō pluit. Cū vero et ip̄e q̄ p̄imos audit
 ab alijs sentitijs corrigit: atq; ab alijs emendare cōtemnit:
 vna eadēq; ciuitas ⁊ ex pte opluit ⁊ ex pte arida remanet:
 in q̄ a se p̄dicationis pluuia repellit. Sunt etenim quidam q̄
 exhortationis v̄ba omnino nō audiunt: hī penitus suscipere
 pluuiam nolunt. Et sunt quidam qui audiunt: sed tamen
 hanc medullitus non sequuntur: quia alia in seuita reses
 cant: sed in alijs grauitur perdurant. Sepe enim quosdā
 videmus quis per predicationis verbum a semetipsis aus
 ricie estum repellunt: et non solum iam aliena non rapit.
 sed propria indigentibus largiuntur. Nec tamen ire stimu
 los edomant: nec patientie moderamina per mētis trāq̄lli
 tatē seruāt. Et sepe alij ad exhortatiōis v̄bū in semetipsis
 tāto carnis insidiciā vincit: corpus in castitate custodit:
 nec tñ adhuc aln sicut debēt. p̄imis inclināt: sed per rigo
 rem supbie in cogitatione se eleuāt. In istis ps vna opluta
 est: q̄ fructū fecit: ⁊ ps q̄ cōpluta nō est aruit: q̄ hortatio
 nis verbū nō plene suscipiens: a bono ope sterilis remāsit.
 Sequit. Et assumpsit me sp̄s: ⁊ audiui post me vocem cō
 motionis magne: bñdicta gloria dñi de loco suo. Quid est
 hoc quod propheta postq̄ ad transmigratiōē filiozū po
 puli mittitur: vocem post se magne commotionis audit: di
 centem. Benedicta gloria domini de loco suo. Conuersus
 quippe ad peccatores babilonie fuerat: ⁊ vocem glorie do
 mini de loco suo post tergum audiebat. Locus est enim dei
 hierusalem idest visio pacis. Quia nimirū illa corda vidēt ea
 que dei sunt: que ad transmigratiōem babilonie: hoc est
 ad confusionis vitia non descendunt. Ibi enim inhabitat
 deus vbi vera pax queritur: interne contemplationis glo
 ria amatur. Nam qui ad perversitatem defluit: locus dei
 esse contemnit. Locus ergo glorie dei est vel sancta queq;
 anima: vel vnusquisq; in celestibus permanens angelicus
 spiritus. Et gloria domini de loco suo benedicitur cum vel
 ab electio hominibus vel a sanctis angelis auctori omnia

Textus.

Liber primus

laus eterna cantatur. In eo ergo quod iusti de cōuertēdis peccatorib⁹ cogitant: q̄t eorū vitia cōsiderādo ad carnales actus oculū ducūt: q̄si ad babiloniam intendūt. Qui tamē pro sta tu sue rectitudinis quia in laude dei bona sanctorū considerare uunq̄ desinunt: q̄uis per cogitationem aliud intendunt: quasi post se vocem glorie domini ab hierusalē scēst de loco suo audiunt. Sed cur in istis imozamur q̄ hec pphete verba largiente domino p sensū a' temp' ⁊ subtili⁹ intelligere: ⁊ aptius dicere valeamus. At enim. Et assūpsit me spūs. p̄dicatorem spūs assumit cum eius mentem in amoze dei omnipotētis eleuatam: a terrenis iā desiderijs alienam reddit: vt nihil ei agere libeat: nisi ea quibus lux era spiritalis congreget: et ad regna celestia quotidiani sui operis fructū porter. Un⁹ ⁊ nobis p̄dicatoribus iubetur. Operamini non cibum qui perit: sed qui permanet in v̄sa eternā Bene autem subditur. Et audiui post me vocem cōmotionis magne. Propheta sancto spiritu repletus: quasi transacta narrat que faciēda p̄uidet: quia et in p̄destinatione iam facta sunt: que adhuc in opere sequuntur. Un⁹ et in translatione veteri per ysaiam dicitur. Qui fecit que futura sunt. Quid est ergo q̄ post se p̄pheta vocem audiuit cōmotionis magne: nisi quod post sermonem p̄dicationis qui fit ad corda peccantium: lamenta penitentiu⁹ sequuntur. Peruersi etenim quicq̄ dum praua agunt ⁊ a iustis recta non audiūt. Nesciunt q̄ sint grātia que committunt: atq̄ ex ipsa sua ignorantia in suo stupore securi sūt: et facientes in culpis: quasi molliter quiescunt. Sicut de quodam peccatore et securo populo dicitur. Requieuit in feebus suis quia securus iacet in peccatis. Cum vero audire peruersi verbum p̄dicationis ceperint: que sint supplicia eterna cognoscere: qui terror iudicij: q̄ subtilis examinatō de singulis q̄busq̄ peccatis: illico contremiscūt: ipse gemit⁹: et non se cariet: b⁹ suspīris anxiānt: atq̄ magno fauore concussi: in luctu ⁊ fletib⁹ erūpunt. p̄phetā ergo vox magne cōmotionis seq̄tur: q̄ post verbum p̄dicationis cōuerfor atq̄ penitētū luct⁹ audiunt. Qui enī pri⁹ quieti iacebāt in vultu: ita cū postmodū manu medicine eū dolore redeūt ad salutē. De hac cōmotione penitētū per p̄

Johan. vi.

hie. xlvij.

Homelia. x. Fo. lxxij.

pheta aliu dicit. Pedes eius steterunt: et commota est terra quia zacharie. xliij
cu veritatis vestigia in mente audientiu figunt: ipsa mens in
sui consideratione turbata commouet. hinc psalmista p pec-
catoribus exorat dicens. Qui sedes sup cherubin moueat
terra. hinc pro afflictis et penitentibus de peccatis ait. Co-
mouisti terram et conturbasti eam: sana contritiones eius
quia mota est. Terra quippe commota et turbata est pec-
cator de cognitione reatus sui anxius et ad penitentie la-
menta perductus. Peccanti etenim homini dictus est. Ter-
ra es: et in terram ibis. Exoret ergo vt sanetur contritio ter-
re: et mota est: quatinus peccator qui de culpis suis affligi
re: de celestis misericordie gaudio consoletur. hec est ita
qz vox commotis pne pturbat. Sz qd vox ipsa dicat audiamus
in afflictioe pne pturbat. Sz qd vox ipsa dicat audiamus
Benedicta gloria domini de loco suo. Locus enim mali-
gni spiritus fuerant corda peccantium. Sed cum sibimet-
ipsis irati per penitentiam redeunt ad vitas glorie domi-
ni locus sunt. Jam enim se contra se erigit: is pne lachris
nis insequitur mala n commiserunt. Inde q audit bene-
dictio glie in laude dñi: vñ pri⁹ sonabat creabat creatoris
iniuria de amote pn̄tis seculi. Et corda penitentiu sunt iam
dño locus suus: q prius in peccata posita: fuerat locus alie-
nus. Ipsi aut q a peccatis suis ad dñm quertunt: non solum
delēt lachrimis puerfa. q fecerūt: sed etiaz miris opib⁹ ad
alta pficiūt: vt sc̄a a alia dei omnipotētis n̄ar: vt signis et vir-
tutib⁹ ad alta euolēt. vt tert̄a fidit⁹ deserāt: et acceptis do-
nis sese ad celestia p desideriu suspēdant. De quibus adhuc
subdit. Et vocē alarū penitentiu aliter ad aliter. Audit post
se ppheta vocē p̄motionis magne: qz sicut dictus est: verbū
se predicantium luctus penitentium sequitur. Audit post se
vocem alarum animalium: quia ex ipso luctu penitentium
oriuntur virtutes sanctorum vt tanto magis in sancta actio-
ne pficiāt: qto se ad cognitionem vite nequiter egisse me-
minerunt. Sed est in his verbis magna dubitatio: quis nō
aperte per prophetam dicitur vtrumvnumquodqz animal
alas suas in semetipsis percuciat: an certe hec eadē sancta
animalia aliis suis se vicissim feriāt: vt ala hui⁹ aliter et ala
alteri⁹ istud aial tāgat. Sed qz plerūqz in sacro eloquio id

ps. lxxix.
ps. lix.

Sen. liij.

Textus.

Textus.

Liber primus

aliqd obscure dicitur: vt dispensante mirabiliter deo multipliciter exponatur. Nos charitate vestre vtraq; exponere largiente dño debemus. Sepe iam alas animalium virtutes diximus esse sanctorū. Quomodo ergo vnūquodq; animal alas suas excutiens alteram ad alteram percutit: nisi quod apte datur itelligit: quia si sancta animalia efficiuntur virtus in nobis virtutem excitat: dum vna alteram ad perfectionem pulsat: Ecce etenim quis habz tam v erbi dei sci etiam discat vt viscera etiam mie habeat. Per scientiam quippe verbi dei dicit. Date elemosinā: et ecce omnia munda sunt vobis. Cumq; iam esse misericors in elemosinis ceperit: verba sancte auctoritatis legit: et quicquid in eis de misericordia dicitur: vberius p exprimētum intelligit. Ibi enim scriptum est. Pater eram pauperū. Quod fortasse antea legebat ⁊ preteribat. Sed cū in ore eius corde iam misericordiam ceperit imitari natura. Quod est patrē esse pauperum legit ⁊ recognoscit quia introsus redit in semetipso intelligit quod foris audit. Aliud namq; est elemosinam ex precepto facere: atq; aliud ex charitate. Ex precepto enim facere bonum inchoantium est. Ex charitate autem bonus perfectorum. Qui non solum quia iubetur facit: sed etiam diligunt faciendo quod iubetur. Hinc est enim quod in magna virtute per psalmistaz dicitur. Uide quia mādāta tua dilexi domine: in tua misericordia viuifica me. Mandata enim dei pro iussione facere seruientis et obedientis est diligendo hec facere obedientis ⁊ amentis est. Quia ergo per scientiam charitatis misericordia dicitur et per charitatem misericordia in corde compuncto scientia multiplicatur: als in nobis alam percutit: quia virtus virtutem excitat. Sic qui castitatis bonum in suo corpore custodit contra luxurias zelo accenditur vt ab immundicie maculis expientur. Et sepe dum quosdam in lapsibus inuenit: edomat: affligit: atq; ad castitatis mundiciam restringit. Curius: si forte mens de immundicia luxurie fuerit tentata et ipsa zelo quo alios correxit: semetipsum couenit et erubescit inmundā cogitare q̄ se i alijs recolit cotrexisse. In hoc ergo ala ala percutit: dū virtus virtutē pulsat: ⁊ ab immundicia castrōdit. Sin vero vt pfati sum⁹ vicissim se alijs suis aialia fe-

Luce. xi.

Job. xxxix.

ps. cxviii.

sunt: et altera ad alteram ala percutitur singulorum: huius
 sua quoque descriptionis largiente domino sensus patet. Quid
 est ergo quod hec penata a falsis vicissim alas altera ad altera
 ferunt nisi quod omnes sancti se invicem suis virtutibus tan-
 sent: et sese ad profectum excitant ex consideratione virtu-
 tis aliene? Non enim vni datur omnia: ne in superbiam elat⁹ ca-
 dat? hinc datur: quod tibi non datur et tibi datur quod illi denegatur. Ut
 dum iste considerat bonum quod habes et ipse non habet: te sibi in
 cogitatione preferat. Et rursus dum tu habere illud conspicis
 quod ipse non habes: te illi in tua cogitatione postponas
 et fiat quod scriptum est. Superiores sibi invidie arbutantes
 ut enim paucis ex multis loquar: isti mire abstinentie vir-
 tus tribuitur: et tamen verbum scientie non habet. Illi autem
 datur verbum scientie et tamen virtute perfecte abstinentie ap-
 prehendere conatur et non valet. hinc libertas vocis tribuitur:
 ut oppressis quibusque protectionis solatia impendens ad
 defensionem iusticie libertate loquatur: sed tamen adhuc multa
 hoc mundo possidens: relinquere omnia vult et non valet
 Illi vero iam datum est omnia terrena relinquere: et nihil in hoc
 mundo cupit habere: sed tamen adhuc auctoritate vocis
 contra peccantes quosque non presumit exercere. Et quod ideo
 plus loqui libere debuit: quia iam non habet. vni in hoc mundo
 teneatur: loqui contra alios libere recusat: ne ipsam vite sue
 quietem perdat. Isti virtus prophetie data est multa iam
 que ventura sunt preuidet: sed tamen presentis proximi egritu-
 dine conspiciens: atque compatiens non valet curare. Illi da-
 ta est curationis gratia: atque a corpore primi molestia que
 in presenti est orationibus repellit: sed tamen quid seipsum pau-
 lopost sequatur ignorat. Mira itaque dispensatione omnipotens
 deus sic in electis suis sua dona dispensat: ut et isti det quod il-
 li denegat: et alteri maius quod alteri minus tribuit: quoniam dum
 vel iste habere illud conspicit quod ipse non habet: vel ille hinc
 maius accepisse considerat quod sibi minus adesse prestat: do-
 na dei alter in altero. i. vicissim omnes admirantur: atque ex hac
 ipsa admiratione humilietur alii alteri: et que videt habere
 quod non habet: eum diuino iudicio sibi prelatum putat. Alii quoque suis vi-
 cissim se a falsis ferunt: cum sancte mentes alteri se virtutibus
 tangunt: et tangendo excitant: atque excitata ad profectum volat:

Libro primus

i. Cor. xv.

q. pe. iii.

Videamus paulum quomodo a apostolorum alis tactus: atque ad patriam excitatus fuerat: quod mala preterite persecutionis sine ad apostolorum innocentem vitam considerans: dicebat. Ego enim sum minimus apostolorum: quod non sum dignus vocari apostolus: quod plecutus sum ecclesiam dei. Consideravit prope apostolorum innocentiam: et propter precedere maiciam vultu in eius oculis facta est omnis quam exhibebat in ecclesia sollicitudo sua. Et quod multos ex accepto intellectu precederet non attendit: quia illorum innocentiam pensans plecutor alicui fuisse se doluit. Sed videamus si quis ex apostolis est qui paulo datus est intellectum miratur. Ipse nobis apostolorum primus requirere est qui discipulos admonens ait. Sicut et charissimus frater noster paulus scilicet data sibi sapientiam scripsit vobis: sicut in omnibus epistolis loquens in eis de his in quibus sunt quedam difficulta intellectu: que indocti et instabiles depravant. Miratur in apostolis omnibus paulus innocentiam: miratur apostolorum primus in paulo sapientiam. Alis ergo se tangunt qui inde se vicissim ad profectum excitant unde volant. Hoc itaque omnipotens deus agit in cordibus hominum: quod facit in regionibus terrarum. Poterat namque vni cuiuslibet regionis fructus omnes tribuere. Sed si vna quilibet regio alterius regionis fructu non indigeret: cõionem cum altera non habuisset. Unde fit ut huic vini: alii vero olei abundantiam tribuat. Vanc multitudinem pecudum: illam vero vbertate abundare fructu. Ut cum illa defert quod ista non habet: et ista reddit quod illa non detulit: per cõionem gratie sibi simul etiam diuise terre coniuncte sint. Sicut ergo regiones terrarum: ita sunt menses sanctorum. Que dum vicissim sibi offerunt: quod acceperunt: quod fructus suos regiones regionibus impediunt: ut in vna omnes charitate ungantur. Sed inter hec sciendum est: quod sicut electi quique hoc semper in alijs atcedunt: quod a deo melius acceperunt quam ipsi: ut eos sibi in cogitatione preferant: scilicet illis in humilitate substernant: ita reproborum mens nunquam considerat quid alter boni amplius quam ipse: sed quid boni ipse amplius quam alter habeat. Negat enim pensant quod bona spiritus alter accepit et ipsis defuit: sed quod bona ipsi et quod mala adsunt alteri. Et cum omnipotens deus ad hoc virtutes suas

Homelia .x. Jo. lxxvj.

ulas diuidat: vt alterum alteri in cogitatione humillet: ad hoc reprobi p̄trahunt bonū quod acceperunt: vt ex eo in elatione pdatur dum semp̄ cōsiderant bona que ipsi hñt et alij non hñt: et nunq̄ p̄pendere student quanta bona alij habeant: et ipsi nō habeat. Quod ergo diuina pietas i augmētū disponit humilitatis hoc mētes reprobe i argumētū vertunt elatiōis. Et ex diuersitate nuneꝝ a bono deficiūt vñ crescere in humilitatis bono deuenerunt. Propter hoc ḡ necesse est fratres charissimi: vt in vobis hoc ḡ debeatis aspicere q̄d in m̄? i: etis: in pxim̄s vero hoc q̄d vobis āpli⁹ acceperunt: quatuor dū sup̄ vosmetipsos eos pro bono q̄d ipsi hñt et vos non habetis aspiciatis: ad hoc quoq̄ obtinēdū et vos ex humilitate crescatis. Si enim et vos i illis accepra bona p̄penditis: et illi in vobis considerāt dona que habetis: vicissim vos alio tangitis: vt efficacit̄ semper ad celestia volētis: Sequit̄. Et vocem rotarū sequētium aiaz liā et vocem cōmōtionis magne. In rotis sacri eloquiū testamēta signari superius diximus. Vox igitur rotarū ē s̄mo testamentorū. Post vocem itaq̄ aliarum aialū auditur etiā vox rotarum: qz predicantium sermone suscepto duꝝ virtutes sanctorū ad altiora agenda euolant: seq̄ vicissim ad p̄uectū pulsant: sc̄tē ecclesie status erigitur: vt per vniuersū mundū sanctorū tm̄ testamentorū pagine legantur. Vbiq̄ erentū iā sanctū euāgelium: vbiq̄ apostolorū dicta: vbiq̄ lex et prophete resonāt. Post aliarum ergo vocem vox rotarum sequitur: quia post sanctorum miracula verba sacri eloquiū intra sanctā ecclesiam libere et licenter audiuntur. Que rote animalia sequuntur: quia vt superius dictū est postq̄ in honorem venit vita sanctorum: veneranda quos q̄ apparuerūt h̄cibus eloquia testamentorum. Vel certe rote animalia sequūtur: qz in sanctorū pat̄z vita cognoscim⁹ qd̄ in sacre scripture volumine intelligere debeamus. Illorū quippe actio nobis aperit hoc q̄d i suis predicationibus pagina testamentorū dicit. S; q̄rēndū nobis est cur postq̄ scriptū dicit̄ est: audiui post me vocem cōmōtionis magne p̄ vocem quoq̄ aliarū atq̄ rotarū subdit̄: et vocē cōmōtionis magne? Qd̄ si diligēter aspiciat̄: inuenti: pōt: qz nō ociose repetit̄. Que quippe sunt cōmōtionis magne q̄d corda n̄ra cōmō-

Textus.
C.

Liber primus

actur. Una quippe commotio ex timore: est altera ex charitate: una fit ex luctu penitentium: alta ex seruiore amantium. Post predicatonis ergo verbum prima commotio est: et im-
plangimus mala que fecimus. Post vocem vero alarum et
rotarum secunda commotio est: dum magnis fletibus que-
rimus celestia bona que audimus. Ecce enim quod intra san-
ctam ecclesiam de multis partibus virtutum exempla co-
gnoscimus: quasi alarum sonitum quotidie audimus: quod ubi-
que sacra eloquia personant: quasi rotarum vocibus excitamur. Et quod per eadem sacra eloquia ad amorem nostri condito-
ris accendimur magni seruiore ignis: esse nos longe adhuc
ab omnipotentis dei facie plangimus. Post primam ergo
vocem commotionis magne: et ad extremum quoque vox ma-
gne commotionis fit: quod qui cognoscendo deum cepimus peccata
plangere: iam diligendo quem cognoscimus non cessamus eum
cum fletibus desiderare. Post rotarum itaque vocem vox ma-
gne commotionis sequitur: quod cum testamenta dei in aure cor-
dis sonare ceperint: audientium spiritus ex amore compunctus ad
lamenta commouetur. Hinc est enim quod scripture sacre
verba fiunt in corde legentium sapida: hinc enim quod ab ama-
tibus plerumque in silentium quasi furtive et tacite leguntur.
Unde per prophetam quoque alium. dicitur. Precidisti in aliena-
tione capita potentium: mouebuntur in ea gentes: et aperient
ota sua sicut pauper edes in occulto. Omnipotens enim deus
in alienatione capita potentium prescidit: quod iudeorum super-
bia a semetipso alienando repulit. In qua alienatione gentes mo-
te facte: quod dum iudei a fide caderent: ad cognitionem fidei corda
gentium currerunt. Que videlicet gentes sacre lectionis pabu-
lo os cordis aperiant: et in occulto sicut pauper comedunt: quod cum
festinatione et silentio verba vite legentes sumunt. Sed sciendum est
quod huiusmodi auditores in charitate atque intellectu proficiunt: tanto
scilicet predicatoribus maior gratia spiritus datur. Unde cum prius propheta
dixisset: assumpsit me spiritus: et audiui post me vocem commotio-
nis magne: post vocem commotionis magne alarum atque rotarum
atque iterum commotionis magne: illico subiungit. Spiritus quoque ele-
uauit me et assumpsit me. Cur quod se assumpturiam a spiritu dixe-
rat: iterum eleuatum et assumptum narrat: Sed ad altiora mens pre-
dicantium proficit: cum per eos sensus audientium ad omnipotentis dei

Textus

Homelia. x. Fo. lxxvij.

desideriū comouet: qui videlicet p̄dicatores sancti idcirco
p̄ficiunt: vt per eorū ministeriū dona gr̄e in ser̄a ecclia m̄tri
placent: sicut de hac eadē sancta ecclia dictū est. Riuos ei⁹
mebriās multiplica ḡnationes ei⁹: in stillicidijs suis letabi
tur cum exoriet. Riu⁹ q̄ppe ecclie sancti predicatorum sunt
qui terrā nostri cordis infundit. Sed cum inebriantur iui
generaciones ecclie multiplicantur: quia cum vberiozem
gratiam spiritus predicatorum accipiunt: fidelium nume
rus auget: quō sancta ecclia in suis stillicidijs letat. In stilli
cidio etesi aqua de tecto in terrā vadit: que de celo cecide
rat in tectum. Tectū vero ecclie sancti predicatorum sunt
qui nos intercedendo ⁊ admonitionibus munēdo p̄regūt
Sed q̄ illorum cor diuinitas in p̄dicatione infundit: quā
si aqua de celo venit in tectū. Quia hō nos eorum verbis
irrigamur: quasi aqua de tecto defluit in terram. Sancta
itaq; ecclia dum exoritur in stillicidijs suis letatur: q̄ cum
in fide ⁊ bonis operibus nascitur: ea q̄ accepit dona ⁊ hie
rat: et in verbis predicantiū exultat. Quia ergo auditori
bus ad meliora surgentibus eorū quoq; predicatorū gra
tia multiplicatur: p̄pheta dicit. Spirit⁹ quoq; elauit me
⁊ assumpsit me. Inde enim predicator magis ac magis ele
uatur ⁊ assumitur: vnde auditor ad meliorem vitam mutat
Sed querendum nobis est: cum spiritus me ntem nō eleuet
nisi assumpserit: cur prius eleuauit: ⁊ postmodum dicit as
sumpsit: Sed hoc loco assumpsit dictum est: constanter te
nuit. Nam sunt nōnulli quos eleuat spirit⁹: sed nō assumit.
Quorū ⁊ intellectus ad spiritalia emicat: sed tñ vita in fa
ctis carnalibus remanēs intellectui nō cōcordat. Balaam
namq; per p̄phetie sp̄m eleuatus erat sed assumpt⁹ nō erat
q̄ ⁊ veraciter potuit longe post futura p̄spicere: ⁊ tñ a ter
renis desiderijs mentē noluit separare. Sed q̄ p̄pheta san
ctus sciētia eleuat⁹ est ⁊ vita pariter assumpt⁹: iam qualis
in p̄dicationē p̄gar audiam⁹. Et abiit amar⁹ in indigna
tione sp̄s mei. Pensate fratres charissimi is cui dona san
cti spiritus creuerāt: cur amar⁹ abibat? An offie cor qd̄ idē
sp̄s assumit: amar⁹ in indignatione sui sp̄s facit: ⁊ h̄ sciē
diū est: q̄ cui adhuc p̄sens vita dulcis est: etiam si verbū dei
loq; videat: eleuat⁹ ⁊ assumpt⁹ p̄dicator nō est. Mentē enim

ps. xxij.

Textus.

Nume. xxij. a

Textus.

Libet primus.

quam spiritus sanctus replet: in amaritudinē temporalium
delectatione eternorum comouet. Dulce enim esse in rebus
manis: sed ei qui adhuc de celestibus gaudia nulla sustulit
Quia quanto minus eterna diligit: tanto delectabilius in
temporalibus requiescit. Et si quis iam cordis ore gustauerit
sit in illa dulcedo celestium premiorum: cui illi hymnidici an
gelorum chori: qui incomprehensibilis visio sancte trinitatis:
huic quanto illud dulce sit quod intinvidet: tanto in amaritudi
dinem vertitur omne quod fortis sustinet. Rixatur secum de
his que male egisse se recolat: et sibi meritis displicet: cui ei
ille placere iam ceperit qui omnia creauit. Reprehendit se
de cogitationibus: insequitur de verbis: et punit flendo de
factis. Supernis inhiat: terrena iam omnia per mentis des
pectum calcat. Et quod in illud quod desiderat adhuc spes
cientiam non habet: se seque flere habet: se seque continuis
lamentis affligere. Et quod necdum se esse in patria ad quam
creatus est videt: in huius vite exilio nihil ei plus illud quam sua
amaritudo placet. Deditur itaque subiacere temporalibus
bus et ardentem suspirat eternis. Unde recte quoque per sa
lomonem dicitur. Eo quod in multa sapientia multa sit indigna
tio et qui apponit scientiam: apponit dolorem. Celestia eternis
cognoscentes terrenis animam subdere dedignamur. Et cuius
plus sapere incipimus de his que male egimus nobis ipsis
irascimur: et fit in multa sapientia multa indignatio: quod qua
tum plus proficimus in cognitione: tanto nobis indignamur
amplius de peruerso opere. Atque cum scientia dolor crescit.
et quanto magis eterna cognoscimus: tanto magis esse nos in
huius exilii miseria dolemus. Vel sicut in translatione alia
dicitur. Et qui addit scientiam addit laborem. Quo ei scire incip
imus que sunt celestia gaudia: eo magis vix errorum nostrorum
laqueos possumus euadere stulto laboramus. In multa et sa
pientia multa est indignatio: quod si eterna iam sapimus: cupimus esse
reproba dedignamur. Si eterna iam sapimus: nosmetipsos de
spicimus et esse hoc quod nos potuit ab eternitatis amore separare
Reprehendit semetipsum scientia: accusat quod egit: damnat pro
prium quod accusat: fit rixa in alio peritiam pacem cum deo. Si
achab rex iniquus a propheta reprehensus: cum contra se diuinam sententiam
audisset peritum: et magno merore deprehensus est: ita vix

Eccl. l.

phete suo dominus diceret. Nōne vidisti humiliatū achab
 coram me. Quia igitur humiliatus est mei causa: nō indu-
 cam malam in diebus eius. In quibus domini verbis ven-
 sandum est quomodo et in electis suis meror ama ritudinis
 placeat: qui amittere timent dominū: si sic ei ⁊ reprobi pe-
 nitētia placuit: q̄ timebat pdere presens seculū? Aut quom-
 modo ei gratia sit spontanea afflictio p̄ culpis in eis q̄ pla-
 cent: si hec ad tempus placuit ⁊ in eis qui displicebāt? Sed
 sciendū quia nullus hec p̄ amore omnipotentis domini ex to-
 to corde agere preualet: nisi is cuius animam spiritus san-
 ctus assumpsit. Nam quando homo ex sua virtute suffi-
 cia terrena despiciere: celestia amare: pacem cum deo que-
 rere: secum iram subire: in cogitatione semetipsum repre-
 hendere: et gemitibus punire: nullus hec agere nisi quem
 diuina gratia roborauerit valet. Vñ ⁊ subdit. Manus enī
 domini erat mecum confortans me. Ad bona quippe assurge-
 re perfecte nō possumus: nisi nos spiritus ⁊ preveniēdo ele-
 uet: ⁊ subsequendo confort et. Sed querendū est: cū superioris
 de volumine quod acceperit scriptum sit. Et factum est in
 os meum sicut mel dulce. Qua ratione postmodum dicitur
 Abī amarus in indignatione spiritus mei. Mirus quippe
 valde est: si dulcedo simul et amaritudo conueniant. Sed
 iuxta superiorem sensum sciēdum est: qz cū sermo dei in ore
 cordis dulcis esse ceperit: huius p̄culdubio cōtra semetip̄s
 animus amarescit. Quo enim in illo subtiliter discit qualis
 ter reprehēdere se debeat: eo se duri⁹ p̄ amaritudinē p̄nse
 castigat. Qui tanto sibi magis displicet: quanto in sacro vo-
 lumine amplius de omnipotenti deo videt q̄ amet. Sed
 qz ad ista proficere sua virtute non valet homo: recte nunc
 dicitur. Manus domini erat mecum confortans me. Mas-
 nus enim domini in sacro eloquio a iquando etiam vnige-
 nitus filius appellat: qz oīa p̄ ipsum facta sunt. Et de cui⁹
 ascēsiōne per moysen pater oīpotēs loquitur dicens. Tollā in
 cellū manū meā. hec man⁹ q̄ electorū suorū corda confortat di-
 scipulis dicebat. Sine me nihil potestis facere. In oī ergo
 q̄ cogitā: in⁹ semp cogitādū est vt ⁊ ip̄o aspirāte cogitem⁹
 ⁊ ip̄o adiuuant e faciamus. Qui viuit et regnat cum patre
 in unitate spiritus sancti in secula seculorū. Amen.

Textus.

Textus.

Johan. xv.

Liber primus.

Homelia undecima.

Eveni ad trāsmigratiōē ad aceruum nouarum frugum: ad eos qui habitabant iuxta flumen chobar: et sedi vbi illi sedebant et mansi ibi septem diebus merens in medio eorum. Cum autē pertransissent septem dies: factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis speculatozem dedi te domui israel ⁊ audies de ore meo verbum et annuntiabis eis ex me. Si dicēte me ad impium morte morieris nō annunciaueris ei: neq; locutus fueris vt auertatur a via sua impia et vsuat ipse impi⁹ in iniquitate sua morietur: sanguinem autē eius de manu tua requiram. Si autē tu annunciaueris impio: et ille non fuerit conuersus ab impietate sua et a via sua impia: ipse quidē in impietate sua morietur: tu autē animam tuam liberaſti. Sed et si cōuersus iustus a iusticia sua fuerit: et fecerit iniquitatem ponam offendiculum coram eo. Ipse morietur: quia non annunciaſti ei. In peccato suo morietur et non erunt in memoria iusticie eius quas fecit: sanguinem vero eius de

Homelia .xj. Fo. lxxix.

manu tua requiram. Si autem tu annunciaris iusto ut non peccet: iustus et ille non peccauerit: viuens viuet quia annunciaſti ei: et tu animam tuam liberaſti.

Inter cetera prophete miracula hoc quoque mirandum habet libri prophetarum quod sicut in eis verbis ita res nonnunquam verba rebus exponuntur ut eorum non solum dicta sed etiam res geste prophete sunt. Unde nunc dicitur. Veni ad transmigrationem ad aceruum nouarum frugum ad eos qui habitabant iuxta flumen chobar. Cum causa exigeret ut indicare debuisset quia ad transmigrationem veniret: que dicendi necessitas fuit: ut per fruges locum quoque exprimeret dicens ad aceruum nouarum frugum: nisi quod sepe et loca cause signantur. Multi quippe ezechiele prohibente iam captiuitatis anni deflexerant: atque ex his qui in captiuitatem ducti fuerant plures iam in morte carnis obierant: ad quorum filios loqui propheta veniebat. Unde et ei superius dicitur. Filii hominis mitte ego te ad filios israel ad gentes apostatras: que recesserunt a me. Patres eorum preuaricati sunt pactum meum usque ad diem hanc et filii dura ceruice et indomabili corde, sunt: ad quos ego mitto te. Ex quibus quia multi fuerant credituri atque per obedientiam ad fertilitatem boni operis perueniuri: aceruum frugum vocantur. Quia enim bone anime fruges appellantur dei propheta alius testatur dicens. Sancti israel domino primitie frugum eius. Fruges etenim domini etiam conuerse ad fidem gentes postmodum facte sunt. Sed quia similiter domino credidit: recte hanc propheta frugum eius primitias appellauit. Quia ergo propheta missus non priori populo: sed filius eiusdem populi verba intulit: ad aceruum frugum nouarum venit. Quod vero per chobar fluum designetur iam diximus: que nequaquam modo repetimus ne repetendo fastidium generemus. Sequitur. Et sedi ibi ubi illi sedebant et mansi ibi septem diebus

Textus.

Textus. B.

biere. g.

Textus.

Liber primus.

merens in medio eorum. Notandum captiuo populo propheta sanctus ita compassione se copulat: eorumque se meritoribus confedendo et merendo coniungit: quia ratio verbi virtus et operis. Et ille sermo ab audiente libenter accipitur: quia predicante cum compassione animi profertur. Sic ferrum cum ferro iungitur: liquatur prius: ut postmodum vicissim a semetipso teneatur. Si enim prius minime mollescit: postmodum tenere se fortiter non sufficit. Sic propheta captiuo populo confedit: et merens in medio eorum exiit: ut dum per charitatis gratiam condescendendo se et molliorem redderet: et eum statim per verbi fortitudinem teneret. Sin vero israeliticus populus qui domus est: asperans vocatur: quia culpas nec inter flagella cognouit: nullo merore animum depressit: propheta inter gaudentes merens sedere studuit: ut tacendo ostenderet quod loquendo venerat docere. Et priusque verba faceret: in hoc quod merens tacuit: formam verborum sumpsit. Sequitur. Cuius autem pertransissent septem dies: factum est verbum domini ad me dicens. In eoque septem diebus merens sedit: et post diem septimum verba domini iussus accepit: ut loqui debuisset: aperte indicat eisdem diebus merens tacuerat. Missus autem ad predicandum fuerat: et tamen septem diebus sedens tacebat. Quid est hoc quod nobis propheta sanctus in hoc suo silentio innuit: nisi quis ille loqui veraciter nouit: qui prius bene tacere didicerit? Quia si enim quoddam nutrimentum verbi est: cesura silentij. Et recte per extrescentem quoque gratiam sermonem accipit: qui ordinate ante per humilitatem tacet. Hinc enim per Salomonem dicitur. Tempus tacendi: et tempus loquendi. Non enim ait tempus loquendi et tempus tacendi: sed prius tacendi premitit tempus: et postmodum subdit loquendi: quia non loquendo tacere: sed tacendo debemus loqui didicere. Si ergo propheta sanctus qui missus ad loquendum fuerat diu prius tacuit: ut postmodum recte loqueretur: pensandum nobis est quanta ei culpa sit non tacere: quem nulla cogit necessitas loqui. Sequitur. Fili hominis speculatorem dedi te domui israel. Notandum quod quem dominus ad predicandum mittit speculatorem esse

Textus.

Eccles. iij.:

Textus. !

Homelia. vij. Fo. lxx.

denunciat. Cui enim aliena cura committitur: speculator
vocalur: vt in mentis altitudine sedeat: atq; vocabulū no-
minis ex virtute actionis trahat. Non est enim speculator
qui in imo est. Speculator quippe semper in altitudine stat
vt quicquid venturum est: longe prospiciat. Et quisquis po-
puli speculator ponitur: in altum debet stare vt possit pro-
desse per prouidentiam. Hinc propheta alius speculato-
rem admonet dicens Super montem excelsum ascende tu **Isaie. xl.**
qui euangelizas syon. Ut videlicet qui predicationis locus
suscipit ad altitudinem bene ascendat actionis. Ad excelsa
transseat et eorum qui sibi commissi sunt opera transcen-
dat: quatinus subiectorum vitam tanto subtilius videat:
quanto et terrenis rebus quas despicit animum non suppo-
nit. Quod dura mihi sunt ista que loquor: quia memetipsum
loquendo ferio: cuius neq; lingua vt dignum est predica-
tionem tenet neq; in quantum tenere sufficit: vita sequitur
linguam. Qui ociosis verbis sepe implicor: et ab exhorta-
tione atq; edificatione proximorum torpens et negligens
cesso. Qui in conspectu dei factus sum mutus et verbosus:
mutus in necessarijs: verbosus in ociosis. Sed ecce sermo
dei de speculatois vita compellit vt loquar: tacere nō pos-
sum et tamen loquendo me ferire pertimesco. Dicam: dis-
cam vt verbi dei gladius etiam per meipsum ad configen-
dum cor proximi transeat. Dicam: dicam vt etiam contra
me sermo dei sonet per me. Ego reum me esse non abnego
torporem meum atq; negligentiam video. Erit fortasse as-
pud pium iudicem impetratio venie ipsa cognitio culpe.
Et quidem in monasterio positus: valebam et ab ociosis
linguam restringere et intentione orationis penite continue
mentem tenere. At postq; cordis humerum sarcine pastos-
rali suppositus: colligere se ad semetipsum assidue non po-
test animum quia ad multa partitur. Cogor namq; modo ec-
clesiarum modo monasteriorum causas discutere. Sepe sin-
gulorum vitas actusq; pensare. Modo quedam ciuium nes-
sotia sustinere: modo de irruentib⁹ barbarorū gladijs ge-
mere: et comisso gregi insidiantes lupos timere. Modo re-
rum curam sumere: ne desint subsidia eiusus quib⁹ disci-

Liber primus

pline regula tenet. Modo raptorez quosdam equanimiter
ppeti. modo eis sub studio seruare charitatis obuiare. Cū
itaq; ad tot ad tanta cogitanda scissa ac dilaniata mens
ducitur: quando ad semetipsam redeat vt totam se in pre-
dicatione colligat: ⁊ a proferendi verbi ministerio nō rece-
dat: Quia autem necessitate loci sepe viris secularib; iun-
gor: nōnunq; mihi lingue disciplinam relaxo. Nā si in affli-
ctu censure mee vigore me teneo: scio quia ab infirmis
fugio: eosq; ad hoc quod appeto nūq; traho. Unde fit
vt eorum sepe ⁊ ociosa patienter audiam. Sed quia ipse
quoz infirmus sum in ociosis sermonibus paulisper tracto
libenter ea loqui incipio: q̄ audire ceperam inultus. Erub-
tebat cadere: libet iacere. Quis ergo ego vel qualis spe-
culator sum: qui nō in monte opis sto: sed adhuc in valle in-
firmitatis iaceo? Potēs hō est humani generis creator et
redēptor: indigno mihi ⁊ vite altitudinem ⁊ lingue effica-
ciam donare: p cuius amore in eius eloquio nec mihi par-
co. Esse ergo speculatoris vita ⁊ alta debet semper ⁊ circū-
specta. Ne enim terrenarum rerum amore succumbat: ala-
ta sit: ne occultis hostis iaculis feriat ex omni latere circū-
specta. Neq; enim speculatori sufficit vt altum viuat: nisi
loquend o assidue ad alta auditores suos pertrahat: eorū-
q; mentes ad amorem celestis patrie loquendo succendat.
Sed tunc hoc recte agit cū lingua eius ex vita arserit. Nā
lucerna que in semetipsam nō ardet: eam rem cui sup poni-
tur non accendit. Hinc enim de Johanne veritas dicit. Ille
erat lucerna ardens ⁊ lucens. Ardens videlicet per celeste
desideriū: lucens per verbū. Ut ergo seruetur veritas pre-
dicandi teneatur necesse est altitudo videndi. Unde recte
quoq; sancte ecclesie sponsi voce in canticum canticorū dis-
citur. Nasus tuus sicut turris libani. Que ergo laus est fra-
tres mei vt sponse nasus turri comparetur: Quia p nasum
semp odores fetoresq; discernim⁹. Quid per nasum nisi spe-
culatoꝝ discretio designat. Qui nimirū nasus et sicut tur-
ris esse et libani dicit: q̄ videlicet prepositorū discretio es-
sistere id est in valle infirmi operis non iacere. Sicut
enim turris in monte idcirco ad speculandum ponitur vt

Johan. 9.

Can. viij.

Homelia. xi. Fo. lxxi.

hostes qui venturum longius videantur: sic predicatoris vis
ta semper in alto debet fixa permanere: vt in ore narium
discernat fetores vitiorum: odoresq; virtutis. Incurfus ma-
ligorum spiritus longe prospiciat: et commissas sibi ani-
mas per suam prouidentiam causas reddat. Sequitur. Et
audies ex ore meo verbum: et annuntiabis eis ex me. Et
ce iterum monetur propheta: ne presumat loqui quod non
audierit: sed prius aurem cordis aperiat voci creatoris: et
postmodum os sui corporis aperiat auribus plebis. Unde
propheta alius dicit. Inclinabo ad similitudinem aurem
meam: apperiam in psalterio propositionem meam. Qui
enim recte predicat prius: sicut dictum est: aurem cordis
locutioni intime inclinat: vt postmodum os corpus in p-
positionem admonitionis aperiat. Sequitur. Si dicente me
ad impium: morte morieris: nō annunciaueris neq; locu-
fueris vt auertatur a via sua ipia et viuat: ipse ipius in ini-
quitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua
requiram. In quibus verbis quid nobis notandum est: quid
solicite cogitandum: nisi quia nec subiectus ex culpa pre-
positi moritur: nec prepositus sine culpa est quando verba
vite non audiens ex sua culpa moritur subiectus? Impio et
enim mors debetur. Sed et a speculatore via vite nunciā-
da est: et eius impietas increpanda. Si vero speculator face-
at: ipse ipi⁹ in iniquitate sua morietur: qz i pieratis ei⁹ meri-
tū fuit vt dignus non esset ad quē speculatoris sermo fieret
Sed sanguinē eius dñs de manu speculatoris requirit: qz
ipse hunc occidit qui eum tacendo morti tradidit. In quibus
vtriusq; pensandum est: q̄tum sibi connera sunt pecca-
ta subditorum atq; prepositorum. Quia vbi subiect⁹ ex sua
culpa moritur: ibi is qui preest: qm̄ tacuit: reus mortis te-
netur. Pensate ergo fratres h̄m̄i pensate: qz et q̄ nos di-
gni pastores non sumus: et iam ex vestra culpa ex quibus
tales prelati sumus. Et si quando vos ad iniquitatem de-
fluistis: etiam ex nostro hoc reatu est: quod obliuiscetes atq;
reclamantes in prauis desiderijs non habetis. Vobis ergo
et nobis parcitis: si a prauo opere cessatis. Vobis et nobis
parcimus quando hoc q̄ displicet non taceamus. O q̄ liber
a commissorum sibi sanguine fuerat predicator: egregi⁹ q̄

Textus.

ps. xlvij.

Textus

Liber primus

Act. xx.

dicebat. Mundus sum a sanguine omnium. Non enim subterfugi: quo minus annunciar em omne consilium dei vobis. Si enim non annunciasset: mundus a sanguine non esset. Sed quibus omne consilium dei annunciar e studuit: ab eoz sanguine mundus fuit. In q̄ voce nos convenimur: nos constringimur. nos rei esse ostendimur: q̄ facer dores vocamur. qui sup ea mala que p̄p̄ia habemur: alienas q̄q̄ mortes addimus. Quia tot occidimus: quot ad mortem ire quot die tepti et tacentes videmus. Cum vero dicitur sanguine autem eius de manu tua requiram: si hoc in loco sanguinis nomine mors corporis designatur: valde nobis de nostro silentio augetur metus: quia si in subiectis suis: is qui prelatas ad speculandū est et de morte corporis quādoq̄ morituri tam grauitur reus tenetur: quo reatu de morte nime subiecti constringitur: que potuisset semper viuere: si verba correctionis audisset. Sed meli⁹ p̄nt sanguinis noie pctā signari. Unde quidam cum pctā carnis desieret dixit

Ps. l.

Libera me de sanguinibus de⁹ de⁹ salutis mee. Sanguis ergo morientis de manu speculatoris requiritur: quia peccatum subditi culpa esse prepositi si reauerit reputatur. Est ergo quod faciat: vt etiam moriente subditi se liberi reddat. Surgat: inuigilet: malis actibus contradicat: sicut scriptum est. Discurre. festina: suscita amicum tuum: ne dederis somnum oculis tuis: nec dormitent palpebre tue. Unde hic quoq̄ additur. Si autem tu annunciasueris impio: et ille non fuerit conuersus ab impietate sua: et a via sua impia. ipse quidē in impietate sua morietur: tu autē aiam tuā liberasisti. Tūc ei subiect⁹ moritur sine te: q̄n in causa mortis contradicere potulerit te. Nā morti cui nō contradicis adiunges. Et notandum que sunt que debeant a speculatore predicari. Nuntium fides et operatio. Nam ait. Si autem tu annunciasueris impio: et ille non fuerit conuersus ab impietate sua et a via sua impia. Impietas quippe ad infidelitatem pertinet: via vero impia ad prauam actionem. Et omnis speculator hoc habere debet studij vt prius ad pietatē fidei: postmodum ad piam viam id est ad bonam actionem trahat. Sed quia de exhortatiōe sermo se intulit: in reſe

**puer. vi.
Textus.**

re breuiter debemus in ore pastoris quantus esse debeat

Textus.

Homelia. xi. Fo. lxxi.

ordo: atq; consideratio locutionis: pensat: e etenim doctor
debet quid loquatur. cui loquatur: quando loquatur: quas
liter loquatur: et quomodo loquatur. Si enim unum horum
defuerit: locutio apta non erit. Scriptum quippe est. Si re
cte offeras: recte autem non diuidas peccasti. Recte autem
offerimus cum bono studio bonum opus agimus. Sed re
cte non diuidimus: si habere discretionem in bono opere
post ponamus. Considerare etenim debemus quid loquamur:
ut iuxta pauli vocem sumo noster semp in gra sale sit conditus
Persandū ho nobis est: cui loquamur: qz sepe increpationis
verbu qd hec admittit psona altera non admittit. Et sepe
ipsa eade psona scdm factū sit altera. Un nathan ppheta
dauid post adulterium sui ti increpationis sula percussit. q
cum de raptor e omis diceret: filius mortis est vir qui fecit
hoc: et protinus respondit dicens. Tu es ille vir. Cui tamē
cum de salomonis regno loqueretur / quia culpa defuit: ei
se humiliter in adoratione prostravit. In vna ergo eadem
qz persona: quia causa dispar extitit: etiam sermo propheti
cus dissimilis fuit. Persandum quoq; est quando loqui des
beam: qz sepe et si differatur increpationis: postmodum ven
sne recipit. Et non unq; la guescit: si hoc qd ante pferre de
buit: ipse amiserit. Nā q sapiēs mulier nabal ebrium vidēs
increpare de culpa tenacie noluit: quē digesto vino incre
pationis sue verbis vtiliter percussit. Et propheta adula
tium linguas non esse in subsequenti tempore differendas
annunciat: qui ait. Confundantur statim erubescentes qui
dicunt mihi euge euge. Adulatio etenim si vel ad ipso pa
tienter suscipit augetur: et paulisper demulcet animam:
vt a rigore suerectitudinis molestia in delectatione sermo
nis. Sed ne crescere debeat statim est et sine mora sentēda
pensandum quoq; nobis est qualiter loquamur. Nam se
pe verba que hunc ad salutem renocant: aliu vulnerat. Un Ad. Tit. ij.
paulus quoq; aplos qui Titu admonet dicens. Argue cum y.
omni iperio. Timotheu exhortat dicens. Argue: oblecto: in
crepa cū omni paciētia et doctrina. Quid est qd vni iperio
et alio paciētia precepit: nisi q vni lenitas / aliter ū ho ser
nētoris spūs esse consperit: Leni p auctoritatem ipe y in
iūgenda erat seueritas verbi: is aut qui p spm seruebat p

Leuit. ij.

Col. v.

ij. Re. xij.

i. Re. xxv.

pa. xi.

Ad. Tit. ij.

y. Th. iij.

Liber primus

patientiam temp erandus fuerat: ne si plus iusto inferre-
sceret non ad salutē vulnerata reduceret: sed sanavulnera
ret. Curandum quoqz quantū loquamur: ne si ei qui multas
ferre non valet: per verbum vel exhortationis vel increpa-
tionis lōgius trahim⁹: auditorem nostrum ad fastidium per-
ducamus. Unde idem predicator egregius: hebreis loquit
dicens. Obsecro vos fratres: vt sufferatis verbum solacii.
Etenim per paucis scripsi vobis. hoc tamen infirmis preci-
pue congruit: vt pauca quidem et que preualent capere au-
deant: sed que eorum mentem in penitentie dolorem cōpsi-
gant. Nam si eis vno in tempore exhortationis sermo fue-
rit multipliciter ductus: qz multa retinere non valēt: simul
amittunt oia. Unde ⁊ medici corporum pānos quos infir-
mantibus stomachis ponunt: apto quidem medicamine: s; s;
subtiliter liniunt ne si repleti multo medicamine fuerint:
infirmiratem stomachi non roborantes adiuuent s; oppri-
mentes grauent. Sciendum tamen quia et si quando mo-
dum suum sermo proxiior transeat: periculosum hoc audi-
toribus non est. Si autem qualiter quid dicatur: ⁊ quibus
dicatur non vigilanter conspicitur: va lde periculosum est.
Verēcunde etenim mentes si quas fortasse culp as admise-
rint: leniter arguende sunt: qz si asperius increpentur: frā-
gantur potius q̄ erudiuntur. At contra mentes aspere at-
qz impudentes si increpate leniter fuerint: ad maiores cul-
pas ipsa lenitate prouocantur. Quod bene in eodem egre-
gio pdicatore dicimus: qui cum corinthios cognosceret p-
amore personarum in scilina diuisos: eorum verēcūdie cos-
sulens locutionem suam eis a gratiarum actione et laudi-
bus cepit dicens. Gratias ago deo meo semp pro vobis in
gratia dei que data est vobis in xpo iesu: qz in omnibus vi-
uites facti estis in illo: in omni verbo ⁊ in omni scientia: illi-
cut testimonium xpi confirmatum est in vobis. Qui adhuc
adiungit et dicit. Ita vt nihil desit vobis in vlla gratia ex-
pectantibus reuelationē dñi nostri iesu xpi. Queso te pau-
le si iam nihil deest: cur eis scribendo fatigaris: cur in lōs
ginq̄u possi⁹ loqris: p̄sem⁹ ḡ fratres km̄i q̄tum laudat
Ecce ei⁹ gratiā dei datā asserit: factos in omnibus diuites
dicit: in omni verbo et in omni scientia xpi testimonium. l.

hebre. xliij.

i. Cor. i.

Ibidem.

Homelia. xi. Fo. lxxiij.

quod de semetipso moriendo ⁊ resurgendo testatus est: in
eorum vita confirmatum esse perhibet: ⁊ nihil eis deesse in
vlla gratia testat. Quis rogo credat: qꝫ paulo post eos cor
ripit: quos ita laudat: Nam post cetera subiungit. Obse
cro autem vos fratres per nomen domini nostri iesu xpi vt
idipsum dicatis omnes: ⁊ non sint in vobis scismata. Quid
enim potuit tam perfectis tamqꝫ laudabilibus scisma sur
ripere. Significatum enim est mihi de vobis fratres mei
ab his qui sunt cloes: qꝫ cōtentiones inter vos sunt. hoc au
tem dico quod vnusquisqꝫ vestrū dicit. Ego quidē suꝫ pau
li: ego autem apollo. ego vero cephe: ego autem xpi. Ecce
quos in omni verbo ⁊ in omni scientia laudauerat quibus
nihil deesse in vlla gratia dixerat: paulis per loquēs ad in
crepādū leniter veniēs: diuisos erga seipos reprehēdit. Et
qꝫ prius salutē narrauerat: postmodū vulnera patefecit.
Perit⁹ et medic⁹ vuln⁹ secādū vidēs sꝫ egrū timidū eē spī
ciēs diu palpauit et subito percussit. prius blāda manu lau
des posuit: ⁊ post modum ferrū increpationis flexit. Nisi ei
verecūde mētes fuerint palpādo reprehēse: ita vt ex alijs
rebus audiant: qꝫ in consolationē sumant per increpationem
protinus ad desperationem cadunt. Sed nunquid mē
tius est paulus vt prius eis nil deesse in omni gratia dice
ret: quibus postmodum dicturus erat vnitatē deesse: Ab
sit hoc vt quis de illo talia vel desipiens credat. Sꝫ qꝫ erāt
inter corinthios qꝫdam omni gratia repleti: et erant quidā
in personarum fauoribus excisi: cepit a laudibus pfectoꝝ
vt modesta inuectione ad reprehēssionem ptingeret infirmo
rū. Et in hoc quoqꝫ ad medicinā cordis: a medicina corpo
ris vsū trahēs. Nam cum feriendū vulnus medicus aspi
cit: prius ea membra qꝫ circa vulnus sana sunt palpat: vt p
ad ea que vulnerata sunt leniter palpando perueniat. Cū
ergo paulus perfectos in corinthijs laudauit: sana mem
bra iuxta vulnus tetigit. Cum vero infirmos de diuisione
reprehendit: vulnus in corpore percussit videamus tamen
hunc ipsum qui tanta modestia atqꝫ mansuetudine ad cor
ripandos corinthios ducitur: qualiter contra galathas qꝫ
a fide discesserant erigitur. Nulla enī modestia in exordio
inueniēdo redarguit. Nam premiffa saluatione sic cepit.

kk.i.

Ibidem.

Liber primus

Gal. I.

Virorum quod sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocavit in gratia christi. Quibus etiam in aperta increpatione post cetera subiungit. O insensati galathe quis vos festinauit? Vultes etenim dure nisi aperta essent increpatione percussione: nullo modo malum cognoscerent quod egissent. Nam sepe hi qui impudentes sunt tamen se peccasse non sentiunt: quantum de peccatis que fecerunt non increpantur. Minores culpas suas estimant: quas minor inuectio castigat. Et quas vehementer obiurgari viderint: maiores esse deprehendunt. Unde necesse est ut semper sermo predicantis cum auditorum debeat qualitate formari: ne aut verecundis aspera: aut impudentibus lenia loquat. Quid autem mirum si hoc verbum dei erogator faciat: cum et agricola qui semina in terram mittit prius terre qualitatem preuidet: quibus seminibus apta videatur. Et postquam qualitate terre viderit: tunc semina apta agit. Sed quia de qualitate doctrine locutionem longum tractatum: oportet ut ad eum quem cepimus exponendo ordinem redeamus. Sed et si couersus iustus a iustitia sua fecerit iniquitatem: ponam offendiculum coram eo: ipse morietur. quia non annunciauit ei. In peccato suo morietur et non erunt in memoriam iusticie eius quas fecit: sanguinem vero eius de manu tua requiram. Quia iusto qui in peccato cadit: peccator tacuit: eius sanguine reus tenetur. Et qui sollicitus esse non studuit in predicatione: factus est particeps in damnatione. Sed cum deus in peccato suo morietur: et non erunt in memoriam iusticie eius quas fecit. hoc nobis maxime considerandum est: quia cum mala committimus: sine causa ad memoriam bona nostra transacta reuocamus. Quoniam in perpetratione malorum nulla debet esse fiducia honorum preteritorum. Sed queri potest utrum iusto postquam ceciderit predicandum sit: an et priusquam cadat? Inuigilare predicator debet ne ad causam veniat proculdubio et priusquam cadat. Quod sequitur. Si autem tu annunciaueris iusto ut non peccet in suis: et ille non peccauerit viuens: tuus est. Quia annunciauit ei tu autem animam tuam liberasti. Si ergo predicator ideo animam suam liberauit iusto ne peccaret denunciavit: cum iustus ad peccatum predicator tacente ceciderit predicator quia tacente reus tenetur. Sed quis nostrum rogo ad hec sufficiat ut non

Textus.
B

Textus.

Homelia. xi. Fo. lxxiiij.

solum peccatores studiose corripiat: sed etiam iustus multos
silet ne cadant: Nos enim infirmitatis nostre cōscī cū ius-
tos viros conspicimus: admonere eos non presumimus: vt
iustitie viam teneant quam qz tenent videmus: et tñ peccā-
toris est debitum etiam iustos admonere. Unde p̄dica-
tor egregius dicebat. Sapientibus et insipientibus debitor
sum. In his vero omnibus que de iusto ad inicitatem cō-
uerso dicta sunt: hoc est laboriosum ad loquendum: hoc val-
de pertimescendum quod dominus dicit. Ponam offendicu-
culum coram eo: ait enim. Si conuersus iustus a iustitia sua
fecerit iniquitatem: ponam offendiculum corā eo. Nos enī
dicimus qz si iniquitatem fecerit offendit: et verum est omni-
no quod dicimus: cur adhuc ei deus omnipotens offendicu-
lum ponet: quem iam impie egisse et cecidisse p̄ iniquitates
quam perpetraverit conspicit: Sz districta sunt omnipotentis
dei iudicia. Et qui peccatores diu expectat vt redeat: nō rede-
nti atqz cōtēnti: ponit adhuc vbi graui⁹ impingat. Pec-
catū quippe quod p̄ penitētiā citius nō deletur aut peccā-
tum est: aut causa peccati: simul et pena peccati. Omne enim quod
prius mittit: peccatum est. Sz si citius penitendū nō tergit iusto
iudicio omnipotēs de⁹ obligatam peccati mētē etiā in culpā al-
terā p̄mittit cadere: vt qui flendo: et corrigendo noluit mū-
dare quod fecit: peccatum incipiat peccato et mulare. Peccatum
qz penitentie iamēto non dīmit: peccatum simul et causa pec-
cati: qz ex illa oritur vnde adhuc peccatoris anīms et sensus
obligetur. Peccatum hō qz ex peccato sequitur: peccatum simul est
et pena peccati: qz ex crescente cecitate ex retributione prioris
culpe generatur: vt quasi s̄a qdā sint i peccatore supplicia sp̄a
incrementa vitiorum. Sit vero nōnunqz vt vni idēqz pecca-
tum et peccatum sit: et pena peccati: simul et causa peccati. Ponam
enim ante oculos quepiam proximi cōcupisse: quā qz aspera
te non valuit: furto diripuit: sed in furti accusatione posite
se hanc diripuisse iureiurando denegauit. Tūc ergo con-
cupiscentia peccatum fuit et causa peccati: quia per eam
p̄uenit ad rapinā. Ipsius hō furtū quo rē cōcupitā diripuit
et peccatum ei factū est: pena peccati: quia ex retributione iā non
repsit cōcupiscentie factū est vt veniret ad furtū: et culpa cotra-
dia ex cresceret in opere ex p̄litione cecitatis.

R.R.ij.

Roma. i.

Libet primus

Roma. I.

peritio tegere curauit: ex peccato rursum peccati genuit.
Furtum ergo quod ex concupiscentia processit et peritio
pertulit: peccati et pena peccati factum est culpe peccati.
peccati et peccati culpe subsequenti: quod de illa natum hanc genuit.
Quod bene paulus de quibusdam deum intelligentibus sed non honorantibus insinuat dicens. Cum cognouissent
deum: non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt
sed euauerunt in cogitationibus suis. Ecce est peccati et causa
peccati. Ex qua causa quid sequatur adiungit. Et obscuratum
est insipiens cor eorum. Dicentes ei se esse sapientes stulti
facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem
ymaginis corruptibilis hominis: et uolucrum et quadrupedum et serpentium.
Ecce est peccatum solimodo. Et pena peccati esset: si non adhuc ex hoc peccato aliquid
sequeretur. Nam post infidelitatem eorum subditur. propter
quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in
immundicia: ut contumeliosis afficiant corpora sua in semet
ipsis. Quia igitur cognoscentes deum non sicut deum glorificauerunt:
ex eo peccato et causa peccati ad hoc quoque perducti
sunt: ut ad cultus serpentum et uolucrum laborarent. Sed
quod per hanc etiam cecitatem usque ad immundiciam et carnis contumelias
cecidit: ipsa infidelitatis eorum cecitas procedenti intellectui et peccatum est et
pena peccati: subsequenti vero immundicie peccatum factum est: et causa peccati.
Sed quod de his in libris moralibus diu tractatis: est nobis nunc
in eis diutius iminorandum non est. hoc autem nobis cum
tremore considerandum est quomodo iustus et omnipotens deus
cum precedentibus peccatis irascitur: permittit ut cecata in eis
etiam in alijs labatur. Unde moyses ait. Nondum completa sunt
peccata amorreorum dauid quoque ait. Appone iniquitatem super
iniquitatem ipsorum: ut non intrent in iusticia tua: propheta et
alius dicit. Maledictus et maledictus: et homicidius et furtum
et adulterius inundaauerunt: et sanguis sanguinem tetigit. Sanguis
enim sanguinem tetigit quasi peccato peccati addit: ut an deus
los ad iudicis iniquitatem aia cruentetur. Paulus apostolus ait
impleat peccata sua semper. Iohanni quoque per angelum dicit. Quod
nocet noceat adhuc: et qui in sordibus est sordescat adhuc. Quod
nunc etiam dominus dicit. Si conuersus iustus a iustitia sua fecerit

ps. lxxviii.

Osee. v.

i. Thl. ij.

Apo.

iniquitatem ponam offendiculum coram eo. Ac si aperte dicat. Quia videre penitendo noluit ubi iam impingit iusto eius iudicio deferens ponam ei vt ⁊ alibi impingat. Quod tamen domi ponere est nequaquam ad peccandum premere: sed ille a peccato liberare. Sicut de pharaone dicitur. Ego indurabo cor eius. Non enim cor peccantis dominus obdurat: sed obdurare dicitur cum ab obduratione non liberat. Misericors ei deus ipse nobis ad penitentiam relaxat: sed cum eius gratie patientiam nos ad augmentum vertimus culpe: hoc ipsius tempus quod ad parcendum pie disposuit: districtius ad ferendum vertit: vt quod reuertit quis etiam spacio teporis accepto noluerit per hoc mala sua ad reatum augeat per quod ea diluere potuit si conuerti voluisset. Unde scriptum est. Ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit? Sed misericordia auit tua ⁊ cor impenitens: thesaurizas tibi iram in die ire ⁊ reuelationis iudicii dei. De benignitate ergo oportet tuis dei iram sibi in die ire reprobis thesaurizat: quod dum ad penitendum tempus accipitur ⁊ ad peccandum exhibetur ipsum remedium gratie vertit in augmentum culpe. Unde et omnipotens deus quod collata remedia conspiciat ad culpe augmentum trahit: ipsam benignitatem quam contulit in iudicii districtiorem facit: vt inde post amplius feriat unde modo amplius expectat. Et quod homo deferere malum non vult vt viuat augeat unde moriatur. Sed siue iustus in culpa: siue peccator in morte corruat: speculatores timendum est: ne hunc ex suo silentio reatus peccantis per iter inuoluat. Sed interim dum loquor auertere a memetipso oculos volo: ⁊ ecce iter primo diuini me impingit: ⁊ in memetipsum vt mea negligentiam videri: ⁊ mihi dici hec que audio pertimesco. Sicut enim superius dixi: cuius cor in curis innumeris exarsit se ad se colligat quoniam etenim possum ⁊ ea que circa me sunt sollicitudo curare: ⁊ memetipsum adunato sensu conspiciere: Quoniam possum prauorum nequias insequendo corrigere: honorem actus laudando ⁊ admonendo custodire: alijs terrorem atque alijs dulcedinem demonstare: Quoniam valeo ⁊ de his que sunt necessaria fratribus cogitare: ⁊ contra hostiles gladios de vrbis vigilis sollicitudinem gerere: ne incursum subiecta ciues pereant pudere: ⁊ inter hec omnia per animam custodia plene atque efficaciter verbum

R. R. iij.

Exod. v.

Roma. ii.

Liber primus

exhortationis spendere? Loqui etenim de deo quiete vult de et libere metis est. Tunc nãq; bene lingua dirigitur in sermone: cum secure sensus quieuerit in tranquillitate. Quæ nec concussa aqua ymaginem respicientis reddit: sed tunc in ea vultus intendens aspicitur: cum non mouetur. Quæ ergo exhortatione vobis speculator vester fratres charissimi faciat: quem tot rerum confusio perturbat? Certe is de quo loquimur propheta reuelatione vltima templum videntis que in eodem templo cõpexerit: inter cetera narrat dicens. Terra vsq; ad fenestras: et fenestre clause. Paulus quoq; apostolus dicit. Templum enim dei sanctum est quod estis vos. In hoc autem templo fenestre sacerdotes et speculatores sunt: qui in populo fidelium lumen sancte predicationis fundunt. Sed cum terra vsq; ad fenestras est: fenestre clause sunt: quia cum terrena cogitatio in sacerdotum cordibus excrescit fenestre lumen non fundunt: quia sacerdotes ab officio predicationis obmutescunt. Est et alius valde in ordine sacerdotum graue: quia non sicut hi qui vitam quietam ac remotam ducunt: fixi valent in sua cogitatione permanere hi enim (sicut superius diximus) qui a loco regimini longe sunt possunt peccatorum suorum culpas et fletibus lacuare: et post fletus in eodem mentis merore persistere. Sic autem de bona quoque muliere scriptum est que ad tabernaculum orauerat: et ab intentione sua animum post compunctionis gratiam non mutauit: cum dicitur. Vultus eius non sunt amplius in diuersa mutati. In qua nobis considerandum est: quia si sic placuit mulier que querebat filium: quomodo debet perangere anima que querit deum? Sacerdos vero etiam post compunctionem ac lacrymas cogitatur nec cessat: quoque filiorum suorum cognoscere: et ea que refugit animo patienter audire: atque post suspiria celestium quorumlibet carnalium hominum onera portare: et sepe cum superuenientibus cor in diuersa qualitate transfundere. Quia aliqui de lucris spiritualibus gaudent: sed cum quilibet mercedis superuenerit: nisi ei merore in se susceperit: tribulationi illius copatiens non est. Et aliqui de danis aiarum lugent: et repete superuenit quod de quibusdam suis propteritibus letant. Quo

1. Cor. iij.

1. Re. i.

Homelia xi. Fo. lxxvj.

rū, si leticie sacerdos non cōgaudet: minus amare credit si-
llos in quorū gaudio nō exultat. p̄cipue cum paul⁹ dicat Roma. xij.
gaudere cū gaudentibus: flere cum flentibus. Nihil ergo
tam onerosum in ordine sacerdotū video: q̄ rigorem mē-
tis cōpatiēdo flectere: ⁊ cū personis superuenientib⁹ ani-
mam mutare: ⁊ tamen hoc valde est necessariū. Nam quā-
do ex predicatione eius ad boni operis gratiam peccator
reducitur si ipse predicator videtur ingratus: Unde p̄ hūc
quoq; eundem p̄phetam in extrema parte dicit. Et sacer-
dotes intrinsecus ministrant: vestibus laneis non vtantur
De quibus subditur. Cūq; egredientur atrium exteri⁹ ad
populum: eruent se vestimenta sua in quibus ministrauer-
ant: ⁊ reponēt ea in sasophylatia sanctuarij. Stollia q̄ p̄
pe vestimenta sunt lanea. Sed cum sacerdos ad sanctū mi-
nisterium accedit. i. cum intus per cōpunctionem ingredit̄
subtiliori intellectu: necesse est q̄ ipse quasi lineo vestimēto
vestiatur. Sed cum ad populum foras egreditur: oportet
vt vestimenta in quibus intrinsec⁹ ministrauerat reponat.
atq; populo alijs vestibus indutus appareat. Quia si in cō-
punctionis sue rigore se teneat: si in eo que orationis tēpo-
re habuit: merorē perdat: exteri⁹ verba suscipere non
admittat. Et quid grex de necessarijs faciat: si audire atq;
perpendere: ⁊ hoc quod presens tempus exigit pastor re-
cusat: Stollia ergo vestimenta sacerdos exiens ante po-
pulum induat: vt mentis sue habitū p̄ utilitate filiorū etiā
ad terrena toleranda cōponat. Pensate ergo fratres chas-
tissimi quantum specula totū labor sit ⁊ ad sublimitate cor ten-
dere: ⁊ hoc repente ad ima reuocare. Et in sublimitate cog-
nitionis intime extenuare aiām: ⁊ p̄pter exteri⁹ cau-
sas p̄miorū (vt ita dicam) subito in cogitatione grassesce-
re. Nō ergo mihi modo necesse est p̄phete verba expone-
re: sed meā coram vobis miserā deflere. Unde peto vt ve-
stra me oratio talē faciat: qualis ⁊ mihi valeam ⁊ vobis p̄-
desse. Potēs est indigno mihi ⁊ infirmo ex vestra interces-
sione ista tribuere: q̄ ex sua pietate p̄ nobis dignat⁹ est in-
firmari. Virtus ei dei est atq; sapiētia q̄ nostrā infirmitatē
sumpsit: vt ex sua nos infirmitate roboraret Iesus christus
dominus noster. Qui viuit ⁊ regnat in secula seculorū. amē

Exo. xxvij.
⁊ xxix.
⁊ Lem. xi.

i. Cor. xi.

Liber primus.

Homelia duodecima.



C facta est super me manus
dñi et dixit ad me. Surgens
egredere in campū: et ibi lo-
quar teci. Et surgēs egres-
sus sum in campū et ecce ibi
gloria dñi stabat quasi gloria
quam vidi iuxta fluuiū chobar: et cecidi in fa-
ciem meā. Et ingressus est in me spiritus: et
statuit me sup pedes meos et locutus est mi-
hi: et dixit ad me. Ingredere et includere in
medio dom⁹ tue. Et tu fili hominis. ecce da-
ta sunt super te vincula et ligabunt te in eis et
nō egredieris in medio eorum: et linguā tuā
adherere faciam palato tuo et eris mutus:
nec quasi vīr oburgans / qz dom⁹ exasperās
est. Cum autem locutus fuero tibi aperiam
os tuum: et dices ad eos. Hec dicit dominus
deus. Qui audit audiat / et qui quiescit quie-
scat: quia domus exasperās est. Et tu fili ho-
minis sume tibi laterem et pones euz coram
te: et describes in eo ciuitatem hierusalem.
Et ordinabis aduersus eam obsidionem et

Homelia. xij. Fo. lxxvij.

edificabis munitiones: et comportabis aggerem et dabis contra eam castra et pones arces in gyro. Et tu sume tibi sartaginem ferream/et pones eam in murum ferreum inter te et inter civitatem et obfirmabis faciem tuam ad eam et erit in obsidionem et circumdabis eam. Signum est domui israel.



Seruata veritate hy-

storie: divina eloquia aliqui ex tempore aliqui ex loco causas designant: quas aperto sermone non indicant. Ex tempore etenim sicut predicante iudeis domino per euangelistam dicit hyems erat. Inter illa enim mysteria que veritas loquebat: quod causa fuit ut nomen hyemis adderet nisi

ra vſa portare: ⁊ ſic adimplebitis legē xp̄i. Cui⁹ legis virtutem denſiſſiā aſt. Plenitudo legis charitas. Si enim ego vos portare negligo in morib⁹ meis: ⁊ vos me tolerare cōtenuit in moribus veſtris: charitatis edificium inter vos vnde ſurgit: quos vicaria dilectio per patientiam non cōiungit. In edificatio autem vt prediximus lapis qui portatur: quia ſicut ego ſam mores eorū. Tolerō qui adhuc in cōuerſatione boni operis rudes ſunt: ita ego quoq; ab illis toleratus ſum qui me in timore domini preceſſerunt et portauerunt vt portatus portare diſcerem. Sed et ipſi q̄q; a maioribus ſuis portati ſunt. Lapides vero qui in ſummitate atq; extremitate fabricę ponitur: ipſi q̄dē portantur ab alijs: ſed alios nequa q̄q; portant. Quia et hi qui in fine eccleſie. i. in extremitate mundi naſcitur ſunt toleratur qui dem a moribus: vt eorum mores ad bona opera imponantur. Sed cum non eos ſequuntur qui per illos proficiant: nullos ſuper ſe fideles fabricę lapides portant. Nūc itaq; alij portantur a nobis: nos vero portati ſumus ab alijs. Omne autem pondus fabricę fundamentum portat: quia mores ſimul oim ſolus redemptor noſter tolerat. De q̄ paul⁹ ait. Fundamētū enī aliud nemo vōt ponere p̄ter id qd poſitū eſt: qd eſt xp̄s ieſus. Portat fundamētū lapides: ⁊ a lapidib⁹ non portatur: quia redemptor noſter omnia noſtra tolerat: ſed in ipſo malum non fuit quod tolerare debuiffet. Unde bene nunc dicitur. Dimiſit me ſuper montem excelſum nimis: ſuper quem erat quaſi edificium ciuitatis. Quia mores et cul pas noſtras ſolus ille ſuſtinet: qui totā ſanctę eccleſie fabricā portat. Qui per prophete vocē de puerſe adhuc viuētib⁹ dicit. Laboraui ſuſtineſ. Nō aut ſuſtinent do dñs laborat: cui⁹ diuinitatis potētia nulla fatigatio cōtingit: ſed vobis hūanis loquēs ipſaz ſuā circa nos patientiā laborē vocat. Et notādum qd eādē ciuitatē quā p̄pheta cōſpexer at iad auſtrū vergētē vidit Auſter ei vent⁹: qz in ſancti ſpūs typo poni ſoleat. hi q̄ in ſacro eloq̄o ſtudioſi ſunt recognoſcit ſicut ecōtrario p̄ aquilonē ſepe diabolus designat: qz ⁊ ille relaxat in caloriē: ⁊ iſte p̄stringit i frigore. Et vitas dicit Abſorbabit iniquitas: refrigeret charitas multorum. Propheta q̄q; de iudea aſſerit dicēs. Sicut frigidā

Roma. xij.

I. Cor. iij.

Textus.

Hiere. vi.

Canti. iij.

Mat. xxij.

Hiere. vi.

Liber secundus

Esa. xliij.

ps. cxxv.

ps. lxi. lxi.

Abac. iij.

Textus.
B.

facti cisterna aquam: sic frigidam fecit maliciam suā. Vnde enim diabolus propheta attestāte dixisse phibetur. Sed et bo iniquit in monte testamenti in lateribus aquilonis. Et qz torporem mentis sancti spiritus gratia relaxat. Et sic phis mista est. Conuerte domine captiuitatem nostrā sicut torrens in austro. Captiuitas enim nostra que torporis frigore ad sequendum deum pigra remāserat: per calozē sancti spiritus relaxatur: vt currat in amorem dei. Vñ et nūc dicitur qz ciuitas q̄ in monte constituta est ad austrū vergit: qz electorum ecclesia cogitationes suas in afflatu sc̄i sp̄s aperit: atqz ab omni superbie sue vertice discedēs: i deo cui credit amoris calozē concipit: vt nihil ei libeat nisi ei⁹ gratie submitti eius dilectione calefieri: eius afflatus semper munere repleri. Vnde et valido amore succensus cōtemplator dicebat. Anima mea exultauit in domino delectabitur super saluari eius. Qui enim latine salutaris: ipse hebraice iesus dicitur. Propheta igitur qz vias ei⁹ atqz miracula redemptionis quoqz nostre mysterium p̄ prophetie spiritū cōtemplabatur: exultare se in domino: et delectari sup̄ iesu phibet: qz inde gaudium in mēte conceperat: vnde p̄ amorem fortiter ardebat. Pensemus itaqz si mētes spiritalis p̄m̄ in illo delectate sunt: qui necdū venerat: sed p̄uidebat cuius reatus sit eius vias: ei⁹ exempla: ei⁹ monita postqz venit et redemptionem exhibuit nō amare. Hec ergo ciuitas ad austrū vergere d̄f: ac si aperte dicere qz prior illa ciuitas. s. synagoga in infidelibus suis ad aquilonem stetit: que in frigore phidie durauit. Sācta vero ecclesia qz charitatem fidei concepit per calozem ad austrū vergit: et quasi concalido vento inmitit: qz nō in sui fiducia: sed in dono spiritalis gratie letatur. Sequitur. Et introduxit me illic. Celestis ciuitatis edificū ille intrat: q̄ in sancta ecclesia bonorum vias imitando cōsiderat. Intrare quippe est edificij super montem: electos sancte ecclesie aspiciere. Iste enim vitam coniugio ligatam ducit: p̄p̄ris rebus contentus est alienis non diripuit: de suo quicquid preualet indigentibus largitur: peccā sine quibus quotidiana vita a cōiugatis diuiciis non potest: flere non negligit. Pro eo enim qz ipsa familiaris cura animū cōturbat: sese ad lachrymas excitat. Ille

Homelia. xiiij. Fo. lxxxix.

vero iā cūcta q̄ sūt mūdi deseruit: nīl ei⁹ hēre appetit: soli⁹
cōtemplationis exercitacione pascit spe p̄miorū celestīū cū
fletibus letat: trāscendit p̄ntia q̄ habere concessa sunt: quo
tidianum cum dño hēre secretū querit nulla ei⁹ aim p̄terē
tā mūdi cura perturbat: mētē semper in expectatiōe cele-
stium gaudiorū dilatat. Ali⁹ vero iā huius mundi cuncta
deseruit: eiusq; mēs in cōtēplatiōe celestīū subleuat: sed ta-
mē p̄ edificacione multorū locū regiminis tenēs q̄ rebus p̄-
tereuntibus desiderio non succūbit: ad eas aīsq; p̄pter p̄-
rimorū cōpassionē reflectit: vt ex earū cura indigētib⁹ mi-
seretur: verbū vite auditorib⁹ p̄dicat: aiabus simul ⁊ cor-
poribus necessaria ministrat. Et qui p̄pter se ad celeste de-
siderium iam per cōtēplationē euolat: adhuc tñ p̄fectu ⁊
utilitate proximorū in rebus temporalibus laborat. Quis-
quis ergo in sc̄tā ecclesia cōsiderat esollicite studet: vt aut
in bonorū plugarū vitam: aut in arce cōtinentiū ⁊ oīa que
sunt hui⁹ mundi derelinquentiū: aut etiam in predicatorū
summitatem proficiat: iā ciuitatis in monte posite edificū
intrat. Nam qui considerare meliorum vitam vt p̄ficiat
negligit: adhuc extra fabricam stat. Et si honorē quē iam
sancta ecclesia in mundo habet admirantur: quasi edificū
foris conspicit ⁊ obstupescit. Et q̄ exterioribus solis inten-
tus est: intus ingressus nō est. Seq̄tur. Et ecce vir cui⁹ erat
spēs q̄ si spēs eris. Ipse signatur in viro: q̄ figurat: ex mōte
Vir aut iste meriti edificium dicitur. Et recte domin⁹ p̄ vi-
rum signat ⁊ mōtē: q̄ ⁊ ipse omnia intra sanctā ecclesiaz in-
dicādo disponit: et ipse eandē sanctā ecclesiaz portat: ⁊ por-
tando ad celestia subleuat. Sicut in sancto quoq; euange-
lio idem redemptor noster loquitur dicens. Qui intrat per
ostīū: pastor ē oīū. Et paulo post. Ego sum ostīū. Atq; ite-
rum post pauca subiungit. Ego sum pastor bon⁹. Si igitur
ipse pastor: et ipse ostīum ⁊ intrat pastor p̄ ostīū: cur nō hoc
loco et ipse mōs ⁊ ipse vir itelligitur: q̄ edificū metū i mō-
te. S; q̄rendū nobis ē: cur de hoc viro dicitur: cui⁹ species
erat q̄ si spēs eris. Cūcti aut nouim⁹ fratres metallū eris
valde esse durable atq; oīmodo sonorū. Quid ē q̄ aspe-
ctus mediatoris dei ⁊ hoīm specie i comparat eris: nisi hoc
q̄d agere nouim⁹: q̄ vnigenitus filius formā serui accepit.

202. i.

Textus.

Johan. i.

Liber secundus

Roma. xi.

Apoc. xix.

Esai. lxiij.
Ibidem

Mat. i. et.
Luce. iiij.

Textus.

fragilitatem nram carnis humane p resurrectionis sue gloriam vertit in eternitate: qz in eo caro facta est ia sine fine durabilis. Nam surgens a mortuis ia non moritur: et mox ei ultra non dñabitur. Quid est aut q ipsa eius incarnatio sonoro metallo comparatur nisi q p eandem assumptione hñanitatē nre insonuit oibus gloria maiestatis sue: Et qñ aspectu eris hz ex corpore: qz de mundo innotuit ex carne. Unde et per iohānem dñ. habebat in vestimento et in femore suo scriptu rex regum et dñs dominantium. Quid ei vestimētū eius est: nisi corpus qd assūpsit ex virgine? Nec aliud eius vestimētū est: atqz aliud ipse. Nq nrm qz vestimētum caro dñ: sed tamen ipsi nos sum⁹ caro q vescimur. hoc autem vestimentum illius longe ante Esaias aspiciē per crucem passionis sanguine cruentatum dixit. Quare rubrū est indumentū tuū: et vestimēta tua: et quasi calcamētū in torculari? Cui ipse respondit. Torcular calcavi solus et de gentibus non est vir mecum. Solus enim torcular in calcatus est calcavit: qui sua potentia eam quam pertulit passionem vicit. Nam qui vsqz ad mortē crucis passus est: de morte cū gloria surrexit. Bñ autē dicitur. Et de gētib⁹ non est vir mecu: qz hi pro quib⁹ pati venerat passio eius esse picipes debuerāt: q pro eo q illo tēpore necdū crederat: de ipsis in passione qrit quorū vita in illa passione d rebat. Per femur enim propagatio carnis est. Qz ergo per propaginem generis humani sicut generationum ordinis mattheo vel luca narrantibus describūtur: in hoc mundo venit ex virgine: et per incarnationis sue mysterium: qz res esset et dominus: cunctis gētib⁹ indicavit. In vestimēto et femore scriptū habuit: rex regū et dñs dominantium. Unde enim in mūdo innotuit: ibi de se lectionis sciam in hñ. Et dicitio ergo ei⁹ ex carne: qñ quidam somnus ex ere est. In cal igit recte cuius species qñ spēs eris. Sequit et funiculus line⁹ in manu eius. In septuaginta interpretib⁹ funiculus lineus non habetur: sed funiculus cementariorum. Quod si in hoc versu translationem ad exponēdum tenemus: quod aliud cementarios qz sanctos doctores accipimus: qui loquendo spiritalia: ad celeste edificium viuos lapides idē electorum animas componunt. Quicquid enim antiqui pa

Homelia. xiiij. Fo. xc.

tres: quicquid prophete: quicquid ap̄li: quicquid apostolorum
successores locuti sunt: qd aliud fuit q̄ cōpositio lapidum in
hac q̄ quotidie construitur fabrica sanctorum. In funiculo autē
cemeterij hoc agi solet: vt cognosci eq̄litas v̄l rectitudo sur
sentis parietis debeat vt si lapis int̄ est: foras eicitur: si
exteri⁹ prominat: interius reuocat. Et certe quotidie hoc
agit p̄dicatio doctorum: vna queq; anima cui regiminis one
ra sulcipere fortasse nō expedit: et si foris apparere appet
tat interius reuocetur. Et rursum que latere vult et sui tm̄
modo curam gerere: si sibi ac multis esse vtilis potest etiā
cui latere desiderat: exterius p̄ducatur: vt appareat. Sic
q̄ sit vt sanctorum lapidum ordo teneatur dum sepe ⁊ vo
lens ad honorem venire repellitur: ⁊ honorem fugiens in
sacri ordinis arce subleuatur. Sed q̄ vt per interpretes no
strum didicimus hebreorum historia non h̄z cementariorum
sed funiculus lineus in manu eius. hoc quod apud nos cer
tius: habet exponere debemus. Scimus autē q̄ funiculus
lineus subtilior est q̄ funiculi fiant aliunde. Et quid in funi
culo lineo nisi subtiliorem p̄dicationem: id est sp̄ritalem
debemus accipere: Censura etenim legis funiculus fuit:
sed lineus non fuit: q̄ rudē populū non subtili p̄dicatione
coercuit: in quo p̄ pene s̄lam non pctā cogitationis: s̄ ope
ris rescavit. At postq̄ per semetipsum dñs etiā cogitatio
nes hominum p̄dicando religauit: ⁊ p̄fectum esse peccatū
etiā in corde innotuit: funiculum lineum in manu tenuit.
Ait enim. Audistis q̄ dictum est antiquis: nō mechaberis
Ego autem dico vobis: q̄ qui viderit mulierem ad concu
piscendum eā iam mechatus est eā in corde suo. Funicul⁹
ergo lineus p̄dicatio est subtilis q̄ mētē audientis ligat: ne
se vel in misera cogitatione dissoluat. Et notādum q̄ d̄s q̄
ei funiculus in manu est: id est p̄dicatio in operatione. Ipse
enim ostenditur omne quod docuit: sicut scriptum est. Que
cepit Iesus facere et docere. Et quia ipsa que dixit etiam
scripture tradidit vt posteris mandaretur: recte subiungit:
Et calamus mēsurę in manu eius. De sacra ecclia p̄ p̄phetā
aliunde dñs pollicet: dicens. Quies in ea viros calami ⁊ iunci.
Qd in loco alio exposuisse me memini: vt p̄ calamū scripto

Exodi. xx.
Mat. v.

Act. i.

Textus.
Esa. xxy.

Libert secundus

res: p iuncū vero debeāt auditores intelligi. Sed qz ad hu
morem aque ⁊ iuncus ⁊ calamus nasci solet: ex vna eadēq
aqua vtraq proficiunt: et calamus quidem ad scribendū
assumitur: cum iuncio vero scribi non pōt. Quid in iunco et
calamo accipere debem⁹ nisi q vna ē doctrina veritatis q
multos auditores irrigat: Sed irrigati alii ad hoc vsq p
ficiunt in verbo dei: vt etiā scriptores fiant videlicet tanq
calami. Alij vero verbum vite audiunt: bone spei ⁊ rectos
operum viriditatem tenent: sed tñ ad scribendum pficere
nullaten⁹ pnt: hi quid in aqua dei: nisi quidam vt ita dicas
iunci sunt: Qui quidē viri discēdo pfiūt: s; lras expime
re nequaq pnt. Redemptor noster qz verba que dixit etiā
per doctorum studium scribi largitus est: in manu calami
tenuit: qui calamus mensure dī: qz in ipsa doctorum studia
sub quadam occulta iudiciū dispensatione detinentur: vt et
alijs legentibus profint: ⁊ alijs legentibus prodesse nō pō
sint. Unde sancti apostoli cum magistrum veritatis sibi ag
tius loquentem requirerēt cur turbis in pabolis loqretur:
audierūt. Qz vobis datum est nosse misterium regni celoz
ill is autē non. Vel certe calamus mensure est: qz in ipso la
cro eius eloquio quod nobis cōscriptus est occultas esse dis
pensationes eius agnoscimus. Nam per incomprehensibi
bile eius iudicium et alter intra mensuram electorum mē
titur: et alter foras relinquitur: vt nullo modo ad electorum
numerum pertinere mereatur. hz ergo funiculus: hz in ma
nu calamus mensure. Qui enim funiculo locum meritū
alibi funiculum trahit: aliunde retrahit: et huc ducit quem
aliunde subducit. Sic nimiz si redemptor nō in collectione
hoim facit: dum al'os a suis iniqtatib⁹ educit: alios in sua
iniqtate derelict. In his enim quos colligere dignat⁹ est:
occulte mensure funiculū traxit: ⁊ ab his quos reliquēdo
esse iudicauit qd aliud nisi funiculum retrahit: Ut et boni
intra mēsurā celestis fabricę teneant: et mali extra fabricę.
In qbus bona q estimant nō sunt: qsi line mēsurā remaneat.
Hunc funiculū ⁊ mensurā calami in manu sua redēptor nō
tenuit: cū paulū aplm p apparētē viz macedonē ad mone
re dignat⁹ est: ita vt idē macedo vir diceret. Trāsies adiu
ua nos. Et tñ volentib⁹ aplis ad pdicandū ire in alias: mo

Mat. xiii.
⁊. Mar. iij.

Act. xvi.

Homelia. xiiij. Fo. xxi.

permisit spiritus. Iesu. Quid est quod sancti apostoli et ibi vocabantur ire ubi fortasse pergere non cogitabant: et illuc ubi desiderabant pergere prohibebantur: nisi quia oculi iudicii funiculus et mensura calamus tenetur in manu: ut et alij verba vite audiant: et alij audire nullatenus mereantur. Funiculus ergo mensura est qui alio tractus est aliunde retractus. Sancto quoque euangelio testante didicimus quod venit qui diceret magister sequar te quocumque ieris. Cui responsum est. Vulpes foveas habent et volucres caelividas: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Venit alter qui diceret. Magister: sine me primum ire et sepelire patrem meum. Cui dicit. Sine mortuos sepeliat mortuos suos: tu autem me sequere: et annuncia regnum dei. Quid est quod ille permittit se ire et deseritur: iste domum vult redire: et tamen ut sequi debeat iubetur: Ille non suscipitur: iste nec ad hore momentum ab obsequio relaxatur. Interno ergo occultoque iudicio funiculus et mensura calamus ducitur: in quo et iste trahitur et ille relinquitur: ut celestis fabrica non sine pio et iusto examine construatur. Potest etiam calamus mensura scriptura sacra pro eo intelligi: quod quisque hanc legit: in ea semetipsum vel meritum in spiritali virtute perficit vel quantum a bonis que precepta sunt longe disjunctus remanet: quantum iam assurgat ab bona faciendis: quantum adhuc in pravis actibus prostratus iaceat. Sequitur Stabat autem in porta. Quisquis in porta stat: ex quadam parte intus est: quadam vero foras. Quis aliud eius foras aspicitur: aliud intus absconditur. Redemptor itaque noster pro nobis misericorditer incarnatus ante humanos oculos quasi in porta stetit: quia et per humanitatem visibilis apparuit: et se invisibilem per divinitatem servavit. Hunc enim iudei qui hunc ex prophetarum promissione sustinuerant: perfidie sue confusionem turbati sunt: quia eum quem ad ereptionem suam venire crediderant: mortalem videbant. Qui igitur in porta stat (sicut supra dictum est) ex quadam parte foras: et quadam vero parte intus videtur. Unde nec ipsa iudeorum perfidia sine divina virtutis ostensione est derelicta. Nam miracula eius videntes: trahebant ut crederent. Sed rursus passio illius perpendentes: dedignabant deum credere: que carne mortalem videbant: unde factum est: ut de eius cognitione dubitarent. Vide-

Mat. viij.

Ibidem.

Textus
C.

Liber secundus.

bant/enim esurientem/sitientem/comedentem/bibentem
lascientem/dormientem. & purum hunc hominem esse esti-
mabāt. Videbūt mortuos suscitātē: leprosos mundantē: ce-
cos illuminantē: demonia eicientē & esse hūc vltra homied
sentiebant. Sed ipsa eius miracula in eorum corde cogita-
ta: humanitas perturbabat. Unde sancta ecclesia sub spōse vo-
ce hunc aperte iam videre desiderās: ait. En ipse stat post
parietem nostrum. Qui enim humanis oculis hoc quod de
mortali natura assumpsit ostēdit: et in seipso inuisibilibus per-
mansit: in aperto se videre querentibus quasi post parietē
stetit: quidendum se manifesta maiestate nō prebuit. Quia
si em post parietem stetit: q̄ humanitatis uatras quam as-
sumpsit ostendit: & diuinitatis naturā humanis oculis oc-
cultauit. Unde et illic subditur. Respiciens per fenestrā: p-
spiciens per cancellos. Quisquis enim per fenestras vel p-
cancellos respicit: nec totus later: nec totus videtur. Sic ni-
mirum redemptor noster ante dubitantium oculos factus
est: quia si miracula faciēs nil pertulisset vt homo plene eis
apparuisset deus: et rursus humana patiens si nulla fecis-
set vt deus purus putaretur homo. Sed quia et diuina fe-
cit et humana pertulit: quasi per fenestras vel per cancellos
ad homines prospexit: vt deus & apparet miraculis: & late-
ret ex passionibus: et homo cerneretur ex passionibus: sed
tamen esse vltra homines ex miraculis agnosceretur. Sed
q̄ vir iste stare in porta dicitur: querendum nobis est vtrū
facie interius stetit: Quis in re si ea que sunt premissa et
subiuncta conspiciamus citius qualiter steterit inuenimus.
Prius enī dī. Erat quasi edificium ciuitatis vergētis ad a-
strus: et introduxit me illuc. Et paulopost de eodem viro
subdit. Stabat autē in porta. Statimq; subigitur. Et locu-
tus est ad me idē vir. Qui enī introducto propheta in edifi-
cium stans in porta locut⁹ est: pfecto stat q̄ facie interius &
tergo exterius stetit. S; introduct⁹ ppheta cui vir stans in
porta locut⁹ est: pculdubio faciē ad portā tenebat vñ ver-
ba loqueris audiebat. Quid est q̄ vir interi⁹ aspicit: pro-
phete for is: Quid est q̄ eiusdē viri facias ad edificium: pro-
phete ho oculi ad portā sunt nisi q̄ vnigenitus patris dicitur
co incarnat⁹ est: vt nos ad spiritale edificium. i. ad sc̄tē eccles-

Cen. ij.

Ibidem.

Textus.

Homelia. xij. Jo. xcij.

lic fidem introduceret: Cuius oculi edificium suuz semper
aspiciunt: qz quantum quisq; in virtutibus proficiat: indeli-
neuter attendunt. Propheta vero ad portam respicit: quia
qui verba dei audit: semper oculos cordis ponere ad exitu
debet: et sine cessatione meditari qñ a pñti vita exeat: atq;
ad eterna gaudia pertingat. Propter hoc quippe incarna-
tus est deus vt nos introduceret ad fidem: et educat ad spe-
ciem visionis sue. Unde quoq; in sancto euangelio loquitur
dicens. Per me si quis introierit saluabitur: et ingredietur
et egredietur: et pascua inueniet. Ingridietur videlicet ad
fidem: egredietur autē ad speciem: pascua vero inueniet in
eterna satietate. hinc etiam psalmista ait. Dominus custo-
diat introitum tuum: et exitum tuum. Custodit enim domi-
nus vniuscuiusq; anime introitum quo intrat ad fidē: exitu
quoq; quo exit ad speciem: vt neq; intrans ecclesiā errorib;
supplante: neq; ab hac tēporali ad eternā exiēs: ab anti-
quo hoste rapiatur. Propter hunc vero egressum nostrum
quem quotidie debem⁹ mente meditari. A postolus de re-
demptore nostro loquitur: dicens. Ut sanctificaret per suum
sanguinem populum: extra portam passus est. Exeam⁹ ad
eum extra castra: improprium eius portantes. Non enim
hic habemus manentem ciuitatem: sed futuram inquit im⁹
Vir itaq; qui apparuit in porta stetit: atq; ita locutus est:
quia mediator dei et hominum christus Iesus in ipso quoq;
passionis sue tempore precepta vite discipulis dedit: vt hi
qui in eum credunt ad portam semper respiciant: et passio-
nem eius sollicita consideratione pēsantes: a suo quoq; exi-
tu cordis oculos non auertant. Nos quoq; cum iam clau-
stra carnis despiciere: mortalitatis nostre angustias p im-
mortalitatis desiderium trāsire ad superne lucis libertatē
tendere ad celestis patrie gaudia anhelare ceperim⁹: ad
portā oculos tenem⁹: qz dū a sacramētis tpalibus transire
ad eterna cupim⁹: qñ iā pñti vite terga dedimus: et cordis
faciē in desiderio nrī exitus habem⁹. Scriptus quippe est.
Corpus qd corruptū aggrauat aiām: et deprimū terrena in
habitorio sensus multa cogitatē. Si itaq; p orēplationē iam
mentē extra carnis angustias tendim⁹: adhuc tñ in sacra-
mētis q cognouim⁹: ipsa carnali angustia intra portā tene-

Johan. x.

ps. cxx.

1 heb. viij.

Ibidem.

Sapient. ix.

Libertate secundus

Isa. lxxij.
i. Coz. ij.

Ezo. xxxij.
Ibidem

ij. reg. xvij.

ij. reg. xix.

mus. Sepe nãq; anim⁹ ita in diuina cõtẽplatiõe suspẽdit vt
iã se pcipere de eterna illa libertate quã oculus nõ vidit:
nec auris audiuit aliqd p quandã imaginẽ letet. Sed tñ re
uerberatus põdere mortalitatis ad ima relabif: quibuldã
pene sue vinculis ligatus tenet. porte igitur intẽdit qui ve
re libertatis sue gaudia conspicit: iamq; exire concupiscit.
sed adhuc non valet. hinc est ergo q; hebraicus popul⁹ de
egypti seruitute liberatus cum loquente deo columnã nubis
cerneret: vnusquisq; in tabernaculi sui foribus stabat &
orabat. De quibus paulo superi⁹ dicit. Cum egrederetur
moyses ad tabernaculum surgebat vniuersa plebs et sta
bat vnusquisq; in ostio papilionis sue. Ibi etenim stam⁹ vbi
mentis oculos figimus. Vñ helias ait. Viuit dñs in cui⁹ cõ
spectu sto. Ibi vtq; stabat vbi cor fixerat. Quid est autem
populum columnã nubis aspicere & in tabernaculi sui fori
bus stare atq; orare: nisi q; humana mens cõ superiora il
la atq; celestia vtrũq; in enigmate cõspicit: iam claustra ha
bitationis corporee p subleuatã cogitationẽ exit: atq; illã
hũiliter adorat: cui⁹ & si videre substãtiã nõ valet: iam ta
men eius potentia per illuminationẽ spũs miratur. Et cõ
moyses tabernaculum ingreditur eius terga popul⁹ aspi
cit et in papilionum suorum ostijs consistit. Quis cum san
ctus quisq; predicator alta de deo loquitur superne habita
tionis iam vtrũq; tabernaculum ingredit. Cui⁹ predicatio
nis infirmi quicq; & si vtutẽ plene pensare nõ possunt: tamẽ
velut terga aspiciunt q; postrema q; preualent per intelle
ctum sequuntur. Sed in ipsis quoq; q; munus capere suffici
unt iam de suis papilionibus quasi exiit atq; in ostijs sau
q; & habitacula carnis relinquere: & ad illa etne vite sau
dia q; audiunt progredi conant. hinc est etiã q; helias cõ
voce dñi secũ loquẽtis audiret: in spelunce sue ostiã stetit
describit & faciem velasse: quia cũ p cõtẽplationis gratiã
vox superne intelligentie fit in mente: totus homo iam in
tra speluncam nõ est: quia animũ carnis cura non possidet
sed stat in ostio: quia mortalitatis angustias exire meditat
Sed iam qm ostio spelunce cõsistit & verba dei in aure cor
dis percipit necesse est vt faciem velet: quia dum per sup
nam gratiam ad altiora intelligenda ducimur: quanto sub

Homelia xliij. Fo. xciiij.

tilius leuamur: tanto semper ad humilitatem nosmetipfos intellectui nostro premere debemus: ne cognemur plus sapere q̄ oportet sapere sed sapere ad sobrietatem: ne dum nimis inuisibilia discutim⁹ aberremus ne in illa natura corporea corporei luminis aliquid queramus. Aurem enim intendere et faciem operire: est vocem interioris substantie audire per mentem et tamen ab omni specie corporea oculos cordis auertere: ne quid sibi in illa corporeale animus fingat que vbiq; tota ei vbiq; incircumspecta est. Nos itaq; fratres charissimi qui iam per redemptoris mortem ac resurrectionem atq; ad celos ascensionem gaudia eterna didicimus qui in testimonio diuinitatis eius apperuisse ex terius ciues nostros angelos illius scimus concupiscamus regem desideremus ciues quos cognouimus atq; in hoc sancte ecclesie edificio stantes oculos in porta teneam⁹ de mus terga mentis huic corruptioni vite temporalis intendamus cordis faciem ad celestis patrie libertatem. Sed et ce adhuc multa sunt que nos de cura vite corruptibilis premunt. Quia ergo perfecte exire non possumus: saltem in spelunce nostre ostio stemus exituri quandoq; prospere per gratiam redemptoris nostri. Qui uiuit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti. Per oia secula seculorū. Amē.

Roma. xij.

Homelia decima quarta.

Hil hominis uide oculis tuis ⁊ auribus tuis audi: ⁊ pone cor tuum in omnia que ego ostendam tibi: quia ut ostendantur tibi adductus es huc. Annuncia omnia que tu uides domui israel. Et ecce murus forinsecus in circuitu dom⁹ vndiq; ⁊ in manu viri calamus mensure sex cubitorum et palmo. Et mensus est latitudinem edificiū calamo vno: altitudinem quoq;

Liber secundus.

calamo vno.

N Equidam me fortasse tacita cogitatione reprehendant qui Ezechielis pphete tā p hūda mysteria a magnis expozitoribus intēstata discutere presumo qua mente id faciam agnoscant. Nō enim hoc temeritate aggredior: sed humilitate. Scio enī quia plerumq; multa in sacro eloquio que solus intelligere nō potui coram fratribus meis posui intellexi. Ex quo intellectu ex hoc quoq; intelligere studui vt scirem ex quorum mihi merito intellectus daretur. Pater enim quia hoc mihi pro illis datur quibus mihi presens datur. Ex qua re largiente deo agitur: vt sensus crescat et elatio decreascat dum propter vos disco quod inter vos do ceo. Quia verum fateor plerumq; vobiscum audio quod dico. Quicquid ergo in hoc propheta minus intellexero: mee cecitas est: si quid intelligere apte potuero: vbi uiuo munere vestre venerationis. Sepe enim per omnipotentis domini gratiam in eius eloquio quedam intelligunt melius: cum sermo dei secretius legitur: atq; animus culparum suarum conscius dum recognoscit quod audierit: doloris se iaculo percutit: et compunctionis gladio transfigitur: vt nihil ei nisi flere libeat: et fluentes fletuum maculas lauare. Inter que etiam aliquando ad sublimiora cōtemplananda rapitur: et in eorum desiderio suaui fletu cruciatur. Doleat sese hic esse anima vbi adhuc prostrata per infirmitate iacet: atq; illic adhuc non esse vbi illuminata fortiter viget: et iam mentis oculum ad mortalitatis tenebras non rediret. Hinc itaq; hic ardor nascitur in mente: luctus oritur ex ardore. Et q; inherere celestibus necdū valet: sermone suo in lachrymis fessa requiescit. Sed aliud est cum deynius profectu res agitur: aliud cū de edificatione multorum. Ea itaq; doctrine sermone largiente deo pferenda sunt: que vltis audientū moresq; cōponant. Nunc ergo quicquid nos ad studium bone operationis edificet in pphete verbis sicut cepimus exequamur. Fili hominis vide oculis tuis: et auribus tuis audi. Ad testimonium spiritalium rerum deducit quid est q; cum dicitur vide oculis: additur tuis: et cor suo

Textus.

A

Homelia. xliij. Fo. xciiij.

ditur audi auribus: adiungitur tuis. Sed sciendū quia oculi atq; aures corporis adfunt etiam carnalibus eisq; sunt in visu rerum que corporaliter vidētur. Oculi vero atq; aures cordis solummodo spiritualium sunt: qui inuisibilia per intellectum vident: et laudem sine sono audiunt. Has omnipotens dñs aures querebat cum diceret. Qui habet aures audiendi audiat. Quis namq; in illo populo esse tunc poterat qui aures corporis non haberet. Sed cū dicitur qui habet aures audiendi audiat: aperte monstratq; illas aures querebat quas oēs habere nō poterāt. Dicat ergo. Fili hominis vide oculis tuis: et auribus tuis audi. In priori autem locutionē nostrarū parte iam diximus: cur ppheta quotiens ad videnda spiritalia ducitur filius hominis appellat. Sed ne hoc mente excesserit breuiter replicabo. Q: in hac appellatione memoratur semper quidem ex infirmitate ne extollatur de cōtemplationis magnitudine. Et notandum quia diuersa sunt vt dicatur oculis tuis vide: auribus tuis audi: et tamen filius hominis vocetur. Sed per hec verba quid ei aliud aperte dicit: nisi spiritalia spiritaliter aspice: et tamen infirmitatis tue memorare. Hinc est etiam qd plerumq; qui plus in cōtemplatione in rapitur: cōtigit vt amplius in tentatione fatigetur. Sicut quibusdam sepe cōtingere bene p̄ficiētib; solet: quorum mentē dum aut cōpunctio afficit: aut cōtemplatio super semetipsum rapit. Statim etiam tentatio sequitur ne de his ad que rapta est extollat. Nam cōpunctio vel cōtemplatione ad deū erigunt: sed tērationis sue pōdere nōberat ad semetipsam quatinus tēratio aggrauet: ne cōtemplatio inflet. Et itē cōtemplatio eleuet: ne tēratio demergat. Si ei sic p̄tēplatio attolleret vt tēratio fundit⁹ deesset in supbia anim⁹ caderet. Et si sic tēratio p̄meret vt p̄tēplatio nō leuaret plene in culpa laberet. S; mira dispēsatione in quodā medio aia liberat: vt neq; in bonis superbiat: neq; in malis cadat. Un⁹ p̄ beatum iob de dño dicit. Et aq̄s appēdit mēsurā. Aq̄s q̄ppe deo mēsurā appēdere est inter p̄sp̄era et aduersa: inter dona et tērationes. inter summa et infima aiaz sensuz humilitate custodire. Sic helyas ignē de celo deposuerat: aq̄s celo ligauerat: et in pauore vni⁹ mulieris terrū p̄ deserta fugiebat

Luce. viij.

Textus.

Job. xvij.
ij. Reg. xvij
et. xix. et. iij.
Reg. i.

Liber secundus

Textus.

Apo. xxiij.

Can. viij.

i. Pe. i.

Textus.

Esa. xvi.

Apparet fugiēti angel^o: cibū p̄bet: q̄ longū iter restat p̄te
dicit: ⁊ tñ timorē de corde non excurit: quia in corde p̄phe
te mentis magna erat custodia fortitudinis illa infirmitas
timoris. Sequitur. Pone cor tuū in omnia q̄ ego ostēdam
tibi: quia vt ostendatur tibi adductus es huc. Annūcia om
nia que tu vides domui israel. Pone cor tuum. Ac si dicat.
Cōsidera quia vt ostendant tibi adductus es huc. Et an
nuncia omnia que vides. Ad hoc ideo es adductus huc: vt
videas. Et ideo vides: vt annuncies. Quia quisquis spirita
lia videndo proficit: oportet vt hec loquenda etiam p̄
pinet. Videt quippe vt annūciat qui ideo quod in se p̄fecer
it ⁊ predicando de p̄fectu p̄rimi curam gerit. Unde ⁊ ali
bi scriptum est. Qui audit: dicat veni. Cui enim iam vox vo
cantis dei efficitur: in corde necesse est vt p̄rimi p̄ predica
tionis officium erūpat in voce. Et idcirco alium vocet: quia
iam ipse vocatus est. Unde ⁊ sponsus quoq̄ in canticis cā
torum loquitur dicēs. Que habitas in hortis amica: auscul
ta fac me audire vocem tuā. In hortis enim sancta ecclesia
In hortis vnaqueq̄ anima habitat: que etiā viriditate sp̄s
est et bonorum operum repleta. Sicca quippe sp̄s est hu
ius seculi: q̄ oia que hic amant cū festinatione marcescunt.
Et petr^o nos ap̄ls festinare admonet dicens. In heredita
tem incorruptibilē: incontaminatā: immarcescibilem. Que
ergo in hortis habitat: oportet vt sponsum suum vocem suā
audire faciat. i. cāticum bone predicationis emittat: in qua
ille delectetur quem desiderat: quia amici auscultant vide
licet omnes electi: quia vt ad celestem patriam reuiscā:
verba vite audire desiderant. Sed iam propheta ea nobis
que videt aperiat. Sequitur. Et ecce murus forinsecus in
circuitu domus vndiq̄. Plerumq̄ in sacro eloquio ex pote
ctionis sue munimine murus dici ip̄sē incarnatus dominus
solet: sicut de sancta ecclesia per p̄phetas dicitur. Ponetur
in ea murus ⁊ antemurale. Ip̄sē enim nobis murus est: qui
nos vndiq̄ custodiēdo circūdat. Antemurale aut̄ muri no
si ri p̄phete oēs fuerūt: q̄ priusq̄ dñs appareret i carne ad
p̄struendā fidē p̄phetando missi sunt. In sancta ergo ecclesia
dñs mur^o nobis ⁊ p̄phete eius antemurale sunt positi. Q̄
ad nos quos ip̄e p̄fecte p̄tegīt: etiā p̄phetarū v̄ba in fidel

Homelia. xliij. Fo. rcv.

constructionē venerūt. Un̄ & bñ p̄i⁹ murus & post antemur-
rale ponitur: quia vocati ex gentibus nisi prius dominum
cognosceremus: prophetarum illius dicta minime suscepis-
semus. Et notandum q̄ iste murus spiritalis edificij esse
forinsecus dicitur. Murus quippe qui ad munitionem edi-
ficij constituitur: non interius sed exterius poni solet. Quid
ergo necessarium fuit vt diceretur forinsecus: dum nunq̄
poni murus intrinsecus soleat? Quia necesse est vt exteri⁹
positus ea que intus sunt defendat. Sed in hoc verbo quid
aperte nisi ipsa dominica incarnatio demonstratur? Mur⁹
enī nobis intus est de⁹? Murus vero foris est deus homo
Un̄ & p̄ quēdā p̄phetā dī. Existi in salutem ppli tui: vt sal-
uos faceres x̄pos tuos. Iste etenim murus incarnatus vi-
delicet dominus murus nobis non esset: si forinsecus non
fuisset. Quia intus nos non protegeret: si exterius non ap-
pareret. Sed neq̄ hoc negligenter pretereundū est q̄ idē
murus positus dicitur in circuitu: domus vndiq̄. Domus
quippe dei non solum angeli sancti de quibus psalmista ait
Domine dilexi decorem domus tue: et locum tabernaculi
glorie tue. Sed etiam nos sumus quoz mētes inhabitare
dignatur. Et mur⁹ iste vndiq̄ i circuitu dom⁹ est: q̄ vnige-
nitus patris qui sursum est firmitas angelorum: ipse deoz
sum factus est redemptio hominum: illis forritudo ne cas-
dant: nobis adiutorium vt surgamus post casum. Si vero
per domum dei hoc loco sola redemptozum hominum mul-
tudo signatur: vndiq̄ nobis dominus et per circuitum
murus est: quia vt nos perfecte custodiret omnia que do-
cuit ostendit. Sicut scriptū est. Que cepit iesus facere & do-
cere. Quia enim nos vocare ad celestem patriam venit: ni-
mirum despiciere nos bona transitoria docuit: & mala tpa-
lia nō timere. Un̄ et opprobria despexit: iniurias pertulit.
morte nō timuit: crucis patibulū non fugiit: & cū hunc vo-
luisset rapere & regē cōstituere statim fugit. Quid nobis a-
liud his exēplis innūcā: nisi vt debeam⁹ hui⁹ mundi et ad-
uersa nō metuere: & p̄spera vitare. Quia plus plerūq̄ ei⁹
bona occupāt anim: q̄ mala perturbēt. Ante passionē hō suā
contumelias audiuit: nec tñ ptumelias reddidit. Tradito-
rē suū diu tacit⁹ ptulit: ei fictē salutāti dare osculū nō re-

Abac. liij.

Ps. xxxix.

Act. i.

Liber secundus

Tertus.
B

cusauit. Suscepit mortē ne mori timerem⁹. Ostendit: resur-
rectionē: vt nos resurgere posse crederemus. Post passio-
nē q̄z suā de his q̄ se crucifixerāt ad fidei gr̄az vocauit: dos-
nū. p̄ iniquitate reddidit. Qui ḡ nos exēplo suo de oib⁹ iſtu-
xit: mur⁹ nobis p̄ circuitū ⁊ vndiq̄z fact⁹ est. Sequitur. Et in
manu viri calamus mēsure sex cubitorū et palmo. Preteri-
ta lectione iam diximus: quia per calamum scriptura sa-
cra signatur. Qui calamus mēsure esse dicitur: q̄ in ipſa
omnem vite nostre actionem metimur: vt scilicet videam⁹
vel quantum proficimus: vel q̄ntum longe a profectu distan-
mus. Nam sepe aliquid agentes: iam cuiusdam meriti esse
nos credimus: sed cum ad verba dei recurrimus: precepta
sublimia audimus: ibi cognoscimus q̄ntum a perfectione
minis habeamus. Calamus ergo mēsure est quia p̄ ma-
nus scribentis vita mēsuratur auditorū. Qui calam⁹ i ma-
nu viri ⁊ esse dī: siue q̄ sacz eloquiū in ptāte est meditari
ris dei ⁊ hoim homis xpi iesu: seu certe q̄ hoc qd̄ scribi vo-
luit operādo cōpleuit. Idē hō calam⁹ sex cubitorū ⁊ palmo
esse describitur. Due enim vite sunt in quibus nos omnipo-
tens deus per sacrum eloquium erudit. Actiua videlicet ⁊
contemplatiua. Et per sex cubitos quid aliud q̄ actiua vi-
ta exprimitur? Quia sexto d̄sepsit de⁹ omnia opera sua
palmo vero qui super sex cubitos esse dicitur iam de se-
ptimo est: sed tñ cubitus nō est. Actiua ḡ vita signatur per
sex cubitos: cōtēplatiua p̄ palmū. Qz illā ope p̄ficimus de
ista hō etiā cū cor tēdim⁹ vix parū aliqd̄ attingere valem⁹.
Actiua enim vita est panē esurienti tribuere: verbo sapie-
tie nescientem docere: errantem corrigere: ad humilitatis
vias superbientem proximum reuocare: infirmitatis curas
gerere. Que singulis quibusq̄ expediunt dispensare: ⁊ cō-
munitis nobis qualiter subsistere valeant prouidere. Contē-
platiua vero vita est charitatem quidem dei et proximi
sua mente retinere: sed ab exteriore actione quiescere. Sola
desiderio conditoris inherere: vt nullam agere debeat: sed
calcanis curis omnibus: ad videndam faciem sui creatoris
animus insidescat. Ita vt iam nouerit carnis corruptibiles
pondus in merore portare: totiq̄z desiderius appetere
illis hymnidicia angelorum choris interesse: admisceri

Homelia. xiiij. Fo. xcvi.

celestibus ciuibus: de eterna in cōspectu dei incorruptione
gaudere. In palmo itaq; man⁹ ⁊ digiti tendūt. S; parū
quid de mensura cubiti per palinum contingitur: quia q̄s
tolibet amore animus ardeat: quantalibet virtute se ni do
mino et cogitatione tetenderit: non iam quod amat perfe
cte videt: sed adhuc inchoat videre quod amet. Quia sicut
fortissimus predicator dicit. Videmus nunc per speculum i. Cor. xiiiij
in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Et nunc cogno
sco ex pte: tūc autē cognoscā sicut ⁊ cognit⁹ sū. De septimo
ergo cubito palmū tēgim⁹: qui in hac vita positi contēpla
tiōis intīme sola initia degustam⁹. Actiua autē vita: q̄ pfe
cte teneri potest: et sexto die hō est conditus qui bona de
bet opari: sex cubitos calamus habet. Bene has ytrasq; vi
tas due ille mulieres signauerunt: martha videlicet: ⁊ ma
ria quarum vna satagebat circa frequens ministeriū: alia
vero sedebat ad pedes dei et audiebat verba de ore eius
Cūq; contra sororē martha quereretur q̄ se adiuuare ne
gligeret: respondit dominus dicens. Martha occuparis ⁊
sagias multa. Porro vnum est necessarium. Maria autem
optimam pte elegit: q̄ nō auferetur ab ea. Ecce ps marthe
nō reprehendit s; maria laudat. Neq; enī bonā pte elegisse
maria dicit: s; optimā: vt etiā ps marthe iudicaretur bona
Quare autē pars marie sit optima subinfertur cum dicitur
Que non auferetur ab ea. Actiua etenim vita cum corpo
re deficit. Quis enī in eterna patria panem esurienti por
tiger: vbi nemo esurit: potum tribuat sitiēti vbi nemo si
tit? Quis mortuum sepeliat vbi nemo moritur? Cum pre
senti ergo seculo vita auferatur actiua. Contemplatiua autē
hic incipit ve in celesti p̄ria p̄ficiatur. Quia amoris ignis qui
hic ardere inchoat: cū ip̄s quē amat viderit in amore ipsi⁹
amplius ignescit. Cōtēplatiua ḡ vita minime auferitur: q̄
subtrahit p̄ntis seculi luce p̄ficiat. Has ytrasq; (sicut et ante
nos dictū est) due beati iacob mulieres signauerunt: lia vi
delicet ⁊ rachel. Lia quippe interpretatur laboriosa: rachel
vero ovis vel visu principū. Actiua autē vita laboriosa est
q̄ defudat in ope: Cōtēplatiua hō simplex ad solū vidēdū
principiū anhelat: videlicet xpm q̄ ait. Ego sū principū: p̄
pter q̄s ⁊ loquor vobis. Beatus autē iacob rachel qd ē con

Luce. x.

Se. xxx.

Joh. viij.

Liber secundus

cupierat: sed in nocte accipit liā. Quia videlicet omnia q̄ ad
deum conuertitur contemplatiuam vitam desiderat: quietem
eterne patrie appetit: s; prius necesse est: vt in nocte vi
te presentis operetur bona que p̄t: desudet in labore. Liā
accipiat: vt post ad videndum principium in rachel āple
bus requiescat. Erat autem rachel vidēs & sterilis. Liā s; si
lippa sed secunda: rachel pulchra & infecunda. Quia cōte
platiua vita speciosa est in animo: sed dum quiescere in si
lento appetit: filios non generat predicatione. Videt et
non parit: quia quietis sue studio minus se in aliorum colle
ctione succendit. Et quantum introitus conspicit: aperire
alijs predicando non sufficit. Liā vero lippa & secunda est:
quia actiua vita dum occupatur in opere minus videt: sed
dum modo per verbum: mō per exemplum ad imitationē
suae p̄mos accendit: multos in bono opere filios gene
rat. Et si in contemplatione mentem tendere non valet: ex
eo tamē q̄ agit exterius gignere sequaces valet. Recte s;
in mensura calami prius sex cubiti et postmodum palmus
dicitur: q̄ ante actiua agitur vt ad contemplatiuam post
modum veniatur. Sed sciendum est q̄ sicut bonus ordo vi
uendi est vt ab actiua in contemplatiuam tēdatur: ita ple
rumq; vtiliter a contemplatiua anim⁹ ad actiuam reflecti
tur: vt per hoc qd̄ contemplatiua mentem accenderit: per
fectius actiua teneatur. Debet ergo nos & actiua ad contē
platiuam transmittere: et aliquādo tñ ex eo q̄ introit⁹ in
te conspeximus: ad actiuam melius contemplatiua reuoc
care. Unde & idem iacob post Rachelis amplexus ad Lie
redijt: q̄ et post visum principium laboriosa vita boni ope
ris non est fundit⁹ deserenda. Est autem in contemplatiua
vita magna mentis contentio: cui; sese ad celestia erigit: cū
in rebus spiritalibus animū tendit: cum transgredi nititur
omne quod corporaliter videtur cum sese angustat vt dila
tet. Et aliquando quidē vincit: & reluctantes tenebras sue
cecitatis exuperat vnde in circūscripto lumine quiddā fur
tum & tenuiter attingat. Sed tamen ad semetipsam protin⁹
verberata reuertitur atq; ab ea luce ad quam respirando
transit: ad sue cecitatis tenebras suspirando atq; lamētā
do redijt. Quod bene sacra hystoria designat: que beatum

Homelia. xliij. Fo. xcviij.

Sen. xxxij.

Iacob cum angelo luctatum narrat. Cum enim ad parietes propios rediret in via angelus inuenit cum quo in lucta magnum certamen habuit. Is ei qui certat in luctante aliquando superiore se aliquando vero cum quo contenderit inferiozem inuenit. Designant autem angelus domini et iacob qui cum angelo contendit uniuscuiusque perfectiviri animam: in contemplatione eam postquam exprimit. Que videlicet cum contemplari deus nititur: velut in quodam certamine posita modo quasi erupit: quod intelligendo et sentiendo de incircumscripto lumine aliquid degustat: non succumbit: quod et degustando iterum desinit. Quasi ergo vincitur angelus: quando intellectu ultimo apprehenditur deus. Sed notandum quod idem victor angelus neruum femoris iacob tenuit: eiusque marcesceret statim fecit atque ab eo iacob tempore uno claudicauit pede: quod scilicet et oppositens deus cum iam per desiderium et intellectum cognoscitur. Omnis in nobis voluptas carnis arefacit. Et qui prius quasi duobus pedibus iuniter: et deum videbamur querere: et scilicet nere: post agnitionem suauitatis dei unum in nobis pes sanus remanet: atque alio claudicat: quod necesse est vt debilitato amore seculi conualescat ad amorem dei. Si ergo tenemus angelum uno claudicamus pede: quod dum sciscimus in nobis fortitudo amoris interni: infirmatur proculdubio fortitudo carnis. Omnis quippe qui uno pede claudicat: soli illi pedi innititur quem sanum habet. Quia et cui desiderium terrenum iam arefactum fuerit: in solo pede amoris dei tota virtute se sustinet. Et in ipso stat: quia pedem amoris seculi quem ponere in terra consueuerat: iam a terra suspensionem portat. Et nos ergo si ad parietes proprios. id est ad spirituales patres redimus: teneamus in via angelum: vt suauitate intima apprehendamus deum. Contemplatiuus etenim viua amabilis valde dulcedo est: que super semetipsam animam rapit: ceclestia aperit: terrena autem debere esse contemptui ostendit: spiritualis mentis oculis patefacit: corporalia abscindit. Unde bene ecclesia in canticis canticorum dicit. Ego dormio: et cor meum vigilat. Vigilanti etenim corde dormit: quia per hoc quod interius contemplando proficit: ab inquieto foris opere quiescit. Sed inter hec sciendum est: quod secundum in hac mortali carne vivitur: nullus ita in virtute contemplationis

Canij.

N. i.

Liber secundus

Eccl. vi.

proficit: vt in ipso incircumscripto lumine radio mētis eos
los infigat. Neq; ei omnipotens deus iam in sua claritate cō-
spicitur: sed quiddam sub illa speculatur anima vñ reformā-
pfiat: et post ad visionis eius gloriam ptingat. Sic nō
Esaías cū se domini vidiſſe fateſ: dicens. Anno quo mortuus
est rex oſias: vidi domini ſedēte ſup ſoliū excelsū ⁊ eleua-
tum. Proterius adiunxit. Et ea q̄ sub eo erant implebā
plū. Qñ oſias rex ſuperb⁹ ac preſūptor mouit: dñs videtur
qz cū mundi huius elatio a deſiderio mentis occiditur: tñ
ipſa mens dei gloriam contēplatur. Et notandum qd domi-
nus ſup ſoliū excelsū ⁊ eleuati ſedit. Quid nāq; ē ei⁹ ſoli-
lum niſi creatura angelica vel hūana cui p̄ intellectuū
dedit preſidet: Qd videlicet ſoliū excelsū ⁊ eleuati dicitur
⁊ natura hūana ad celeſtē gloriā eleuata pfiat ⁊ creatura
angelica dum multis ſpiritibus cadētibus iam ſolidata eſt
in celo ne cadat: inde ⁊ eleuata eſt: vñ ⁊ cōfirmata. Tem-
plum vero eius hoc eſt qd ſoliū: qz eternus rex ibi habitans
vbi ſeder. Nos ergo templum illius ſumus: in quoz mētibus
habitare dignatur. Sz ea que ſub eo erant implebā
tē plū: qz quicqd de illo mō conſpicitur adhuc nō eſt ipſe
ſub ipſo eſt. Sic iacob angelum vidiſt: et vidiſſe de ſe fateſ:
qz cum miniſteria ei⁹ cōſpiciat⁹: iam multū eſt qd ſup nos
metipſos leuamur. Notandum hō qd dicitur implebā
plum: qm̄ ⁊ ſi āgel⁹ apparet: infirmo tñ mētis deſiderio ſa-
tisfacit: vt ſi adhuc maius nō poteſt iam tñ minus quod ve-
det admiretur. Ea ergo que ſub eo ſunt implēt templū:
ſicut dictum eſt: ⁊ cum mēs in contemplatione p̄fecerit
iam quod ipſe: ſz id qd ſub ipſo eſt contēplatur. In qua
videlicet contemplatione iā quietis interne guſtus contē-
git. Cuius oz quedā qñ ps eſt: ⁊ p̄fecta eſſe nō pōt recte in
apocalypſi ſcriptū eſt. Factū eſt ſilētū in celo quaſi mediu-
hora. Celum quiſſe eſt anima iuſti: ſicut per p̄phetas de
dei. Cum ergo quies contemplatiue vite agitur in mente:
ſilentis fit in celo: qz terrenoz actuz ſtrepitus anſeſſe
cogitatione: vt ad ſecretū intimū aurem animus apponit.
Sz qz hec q̄es mētis eſſe in hac vita p̄fecta nō pōt: neque
q̄ hora integra factū in celo ſilētū dicit: ſz quaſi mediu-
hora.

Apoc. viij.
p̄. cii. ⁊. x. ⁊.
xviij.

Homelia. xliij. Fo. xcviij.

Et tunc neque ipsa media hora plene sentiatur: cum premitur
quasi quod moritur se animus subleuare ceperit: et quietis in
me lumine profundum: redeunte citius cogitationis strepitu de
semetipso confunditur: et confusus ceatnr. Vita igitur contem-
platiua quae illic hora quasi media dicitur: apud ezechielem pro-
phetam non cubitus sed palmus appellatur. Ecce fratres karissimi
cum vniuersos vite causas exprimere cupimus: paulo
latius per excessum locuti sumus. Sed bonis mentibus qui
vobis vtraque eadem vita est ad agendum amabilis esse non
debet ad audiendum grauis. Sequitur. Et mensus est la-
titudinem edificii calamo vno: altitudinem quoque calamo
vno. Omnipotens deus qui nec in magna tenditur: nec in
minimo angustatur: sic de tota simul ecclesia loquitur: ac si
de vna sola loquat. Et scpe quod ab eo de vna anima dicitur: nil ob-
stat si de tota simul ecclesia intelligatur. Latitudo itaque edifi-
cii ad charitatem pertinet: de qua psalmista dicit. Latitudo ma-
gnitudo domus tuae nimis. Nil ei latius quam oculus in sinu amoris re-
cipere: et nullas odium angustias sustinere. Sic quippe lata est
charitas: vnde in amplitudine dilectionis sine capere etiam ini-
micos possit. Vnde et precipitur. Diligite inimicos vestros: be-
nefacite his qui oderunt vos. Considerandum quoque nota-
bile est quod latitudo in equalitate: altitudo vero in sublimitate
tenditur. Latitudo ergo pertinet ad charitates proximi:
altitudo ad intelligentiam contemplatoris. Sed latitudo et alti-
tudo edificii vno calamo mensuratur: quod videlicet vna que-
ritur anima quantum lata fuerit in amore proximi: tantum et alta-
tar: per cognitionem dei. Dum enim se per amorem iuxta dila-
tata: per cognitionem superius exaltat. Et tantum super semetipsam
excelsa fit: quantum iuxta se in proximi amore tendit. Et quod edi-
ficium quod inhabitat deus et angelica simul et humana natura
perficitur: per hoc quod angelica creatura sursum est et huma-
na adhuc deorsum: potest per latitudinem atque altitudinem
edificii vtraque creatura signari. Quod hec ista adhuc in unum
construitur: illa vero in sublimibus permanet. Sed vno calamo me-
nsuratur vtraque: quod humilitas hominum quandoque ad equa-
litatem perducitur angelorum. Vnde scriptum est. Neque nubent
neque nubentur sed erunt sicut angeli dei in celo. Et vnde per
iohanem dicitur. Mensura hols quae est angeli. Quod versus ad illam altitu-

Textus.
C.

ps. cxviii;

Mat. v;

Mat. xxij;
Mar. xxij;
Luce. xx;

A. N. ij;

Liber secundus

Apo. cxxi.

dinem glorie homo perducitur in q̄ solidatos se angeli
tantur. Latitudo ergo edificij tanta est: q̄tra ⁊ altitudo
electi quicq; qui modo in imis laborant: quos illis beatitudi-
nis spiritibus non erunt inequales. Sed nos inter hec re-
deamus ad mentem ac totis medullis cordis deum dilige-
mus ⁊ proximum. Dilatemur in affectu charitatis vt ex-
altemur in gloria celsitudinis. Cōpatiamur p̄ amorē p̄
mo: vt cōiugamur p̄ cognitionē deo. Cōdescēdam⁹ fratri-
bus minimis in terra vt coequemur angelis in celo. Quis
vir q̄ sua imagine redemptorē signat: mensus est latitudi-
nē edificij calamo vno: altitudinē quoq; calamo vno. Quis
ignur metitur mores: pensat opera cogitationes confide-
rat: vt sine fine postmodum retributionem reddat. Jesus
christus vnigenitus patris qui cū eo vīuit et regnat in vni-
tate spiritus sancti p̄ oia secula seculorum. Amen.

Homelia. xv.



G venit ad portā q̄ respicie-
bat viā orientālē: ⁊ ascendit
p̄ gradus eius. Et mēsus est
limen porte calamo vno lon-
gitudinē: id est limen vni-
calamo vno in latitudine
thalamum vno calamo in longum et vno ca-
lamo in latū et inter thalamos quinq; cubi-
tos et limen porte iuxta vestibulum porte
transsecus calamo vno.

U Ir cui⁹ calam⁹ mēsure s̄ manu ei⁹ describitur
venit ad portā q̄ respiciebat ad viā orientālē.
Quis hō ali⁹ porte hui⁹ appellatiōe s̄
nisi ipse dñs ac redēptor noster q̄ nobis s̄
fact⁹ est regnū celestis. Sicut ipse ait. Veni
venit ad patrē nūq; p̄ me. S; cū eūdē virū lineis idē rō

Homelia. xv. Fo. xcix.

nam dñi tenere dixerimus quei endum nobis est q̄ ratione
conueniat vt idem dñs ⁊ per vitum designari valeat ⁊ per
portam dum vir veniat ad portam. Nunquid nam ipse ves
nie ad semetipsum? An ita est quia ⁊ in euāgelio ipse testa
tur dicens. Qui non intrat per ostium in ouile ouium: sed
ascendit aliunde: ille fur est ⁊ latro. Qui autem intrat per
ostium pastor est ouium. Et paulo post dicit Ego sum ostiū
⁊ iterum subiungit. Ego sum pastor bonus. Si ergo pas
stor intrat per ostium: ipse est ostium ipse pastor ipse pro
culdubio intrat p̄ semetipsum. Ecce dum ezechielis sensus
enodare cupimus de euāgelio etiam questione legamus
Querēdū nobis itaq̄ ē q̄ iter ⁊ ipse intret ⁊ p̄ semetipm̄ in
tret. Dñs ei ac redēptor noster cū sancta ecclesia quas redē
mit secūda carne vnus substāta est: paulo attestāte q̄ ait.
Adimpleo ea q̄ desunt passionū xpi in carne mea: p̄ corpo
re eius q̄ est ecclesia. Vnius capitis corpus ecclesia est et
hui⁹ corporis caput christ⁹. De quo suo capite exultat cor
pus. ⁊ sancta ecclesia cū per psalmistā dicit. Nūc autē exal
tauit caput meū super inimicos meos. Quia ei quandoq̄
ipsa etia exaltāda est iam nūc caput suū sup̄ inimicos suos
exaltatū gaudet in celis. Cū ergo electi quiq̄ ad vitā pue
nunt: q̄ mēbra eius p̄ eum intrāt ad eū: ipse p̄ se intrat ad
se. Ipse em̄ in suis mēbris est qui intrat ipse caput ad quod
intrantia mēbra perueniunt. Quod ezechiel p̄pheta mul
tipliciter insinuat qui vitū venisse dicit ad portā ⁊ q̄ eadez
porta sit ostendit dicēs. Que respiciebat ad viam orientālē
Ipse etenim nobis est via qui dixit. Ego sum via veritas ⁊
vita. Ipse etiam orientalis via de quo scriptū est. Ecce vir
oriens nomen eius. Porta ergo viam orientalem respicit:
quia illum signat qui nobis iter ad ortum fecit luminis. Po
test etiā porte nomine vnusquisq̄ predicator intelligi quis
quis nobis ianuam regni celestis ore suo aperit porta est.
Unde et duodecim porte vel in ioannis apocalipsū vel in
extrema huius prophete visione describuntur. Potest etiā
porte nomine scripture sacre scientia non inconuenienter
intelligi. Que dum nobis intellectū aperit: celestis regni ia
nuam pandit. Possimus porte nomine et fidem accipere
quam primam cōtigimus vt .i. d. virtutum edificia intrem⁹

Johan. ix.

Col. l.
Eph. l.
ad. Col. l.

ps. xxvi.

Textus.
Johan. xvij.
zach. vi.

Apoc. xx.

℞. iiij.

Liber secundus.

Textus.

Ps. xlvj.

Job. xxxij.

Ps. lxiij.

Lu. xvij.

Mat. ix.

Mar. iij.

Unde hic aperte subiungitur. Et ascendit per gradus eius. Quia enim gradus sunt huius porte nisi merita virtutum. Sive enim in cognitionem mediatoris dei et hominum hominis iesu christi: seu in sententia diuini eloquii seu in ipsa fide qua de illo accipimus: quibusdam gradibus ad altiora incrementa peruenimus. Nemo enim repente fit summus: sed in bona conuersatione a minimis quisque inchoat: ut ad magna perueniat. De his gradibus per psalmistam dicitur. Deus in gradibus eius dinoscitur dum suscipiat eam. Dum enim sanctam ecclesiam dominus suscipit: in gradibus eius dinoscitur: quia eius gratia per illius incrementa declaratur. Quantum enim sancta ecclesia ascendendo profecerit tantum deus hominibus ex eius virtutibus innotescit. De his quoque gradibus beatus iob loquitur dicens. Per singulos gradus meos pronuntiabo illum. Omnipotentem quippe deum unum per singulos gradus suos pronuntiat qui per incrementa virtutum que cepit ei semper laudem sue pietatis reddidit. Si quidam gradus in cordis ascensione non essent psalmista non diceret ambulabis de virtute in virtute. Nec mirum si de virtute in virtutem gradus sunt quando vnaqueque virtus quasi quibusdam gradibus agitur sic per incrementa mentium ad summa perducitur. Alia namque sunt virtutis etia ordina aliud profectus aliud perfecti. Si enim et ipsa fides ad perfectionem suam non quibusdam gradibus duceret sancti apostoli minime dixissent. Adauge nobis fidem. Et quidam venit ad iesum qui curari voluit filium suum: sed requiritum an crederet respondit. Credo domine: adiua incredulitatem meam. Pater ergo quod dicitur. Si crederat cur incredulitate dicebat. Si vero incredulitate habere se nouerat quomodo et educebat. Sed quia per occultam inspirationem gratie meritum suorum gradibus fides creuit vno eodemque tempore is qui nec dum profecte crederat simul et crederat et incredulus erat. Quos nimis gradus dominus sub mellis nomine describit dicens. Sic est regnum quocumque modo si iacet homo semine in terra et dormiat et exurgat nocte ac die: et semen germinet et crescat dum nescit ille. Quotum enim terra fructificat primum herbas: deinde spicas: deinde plenam frumentum in spica. Et cum ex se produxerit fructum statim mittit falce: quoniam adest tempus messis. Semen homo iacet in terra

cum cordi suo bonam intentione inserit. Et postquam semen in
 canerit: dormit. quia iam in spe boni operis quiescit. Nos
 ete vero exurgit ac dicit quia in aduersa et prospera proficit
 Et semen germinat et crescit dum nescit ille quod dum adhuc in
 tunc incrementa sua non valet semel concepta virtus ad perfe-
 ctum ducit. Et vitro terra fructificat: quod preueniente se gra-
 tia mens hominis spontanee ad perfectum boni operis assur-
 git. Sed hec eadem terra primum herbam deinde spicam deinde
 plenum frumentum producit in spica. herbam quippe produ-
 re est inchoationis bone adhuc teneritudinem habere. Ad
 spicam vero herba peruenit: cuius se virtus animo concepta ad
 perfectum boni operis pertrahit. Plenum vero frumentum in
 spica fructificat: quoniam iam tantum virtus proficit ut esse robu-
 sti et perfecti operis possit. Sed cum ex se producerit fructus
 statim mittit falcem quoniam adest tempus messis. Omnipotens enim
 deus producto fructu falcem mittit et messem suam desecat.
 quia christumque ad opera perfecte produxit: eius tempo-
 ralem vitam per emissam sententiam incidit ut granum suum
 ad celestia horrea producat. Cui igitur desideria bona concis-
 pinus semine in terra mittimus. Cui vero operari recta inci-
 pinus: herba sumus. Cuius in eiusdem operationis perfectione
 solidamur: iam plenum frumentum in spica proferimus. Her-
 ba etenim petrus fuerat qui passionis tempore per amorem
 dominum sequens hunc consisteri ante ancille vocem timebat. Erat
 enim iam viriditas in mente quod credebatur omnium redemptorem: sed
 valde adhuc flexibilis pede concubabatur timoris. Jam in
 spicam surrexerat quoniam eum quem moriturus consisteri iurauerat
 nunciante angelo in galilea viuente videbat. Sed ad plenum
 granum in spica peruenit: quoniam veniente desuper spiritu: et suam
 mentem in illius amore roborata ita solidatus est ut vires per-
 sequenti cefus despiceret et redemptorem suum libere inter
 flagella predicaret. Nullus itaque quod ad bonam propositus adhuc
 in merito teneritudine esse conspicitur despiciat quod frumen-
 tum dei in herba incipit ut granum fiat. Vir ergo vestitus li-
 neis venit ad portam: quod dominus ac redemptor noster membris suis
 intravit producit ad se. Et ascendit per gradus eius: quod nobis
 proficientibus eo nobis amplius exaltat quanto altius et incon-
 prehensibilis esse cognoscit. In virtute quippe nostrarum
 N. iiij.

Lu. xxiij.
 Mat. xxvi.
 Mar. xiiij.
 Johan. xvij.

Liber secundus.

Textus.

Roma. ix.

Exo. vij.

ps. lxxxi.

Textus.
B

Can. ij.

mentium gradibus ipse ascendere dicitur: quia tanto ipse sub
limior nobis ostendit: spiritum noster animus a rebus infimis
separat. Sequitur. Et mensus est limen porte calamo uno la-
titudinem. Cur postquam dictum est limen porte: statim subdit
gatur. lumen unum? Nisi quia aperte innuit quod adhuc inferius
limen aliud dicatur: porta autem a lumine surgit ut porta sit.
Si igitur porta dominus: quis huius porte limen est nisi il-
li antiqui patres ex quorum progenie dominus incarnari ve-
gnatus est: Sicut per paulum dicitur. Quorum patres ex qui-
bus christus secundum carnem: qui est super omnia deus bene-
dictus in secula. Notandum nobis est in hac pauli sententia
quod dominus et ceteri homines sunt vocati. sicut moysi dicitur. Ponam
te in deum pharaonis. Et per psalmistam dicitur. Ego dicitur
dominus es. Et rursum. Deus stetit in synagoga deorum. Sed
aliud est nuncupative: aliud naturaliter dicitur deus. Et si moysi
in deum pharaonis est positus: sed deus intra omnia no-
deus super omnia dicitur. Qui vero est in utero virginis incar-
natus: deus super omnia vocatur. Itaque limen porte antiqui pa-
tres ex quibus ille natus est: qui nobis aditum regni cele-
stis aperuit. Limen autem porte uno calamo mensurat: quod
ipsi antiqui patres posuerunt redemptorem nostrum et pro-
phetando et benedicens predicare: tanquam sex cubita in pro-
fectione operis: et palmum inchoationis per contemplationem
habuerunt. Quia enim eorum vitam in unitate fidei et perfecta
operatio et inchoata contemplatio sublimiter reddidit: in uno
calamo mensura liminis fuit. Sequitur. Et thalamum uno cala-
mo in longo: et uno calamo in latum. Consideremus quid a-
gi in thalamo soleat: atque exinde hoc quod in sancta ecclesia agi-
tur colligamus. In thalamo quippe sponsus et sponsa federant si-
bi in amore iungunt. Qui ergo sunt in sancta ecclesia thalamo
iungunt: nisi eorum corda in quibus anime per amorem sponse inuisibili iun-
gunt: ut eius desiderio mens ardeat: nulla iam que in mundo sus-
festinet: et amoris amplexu in celestis sponse visione requiesce-
re. Mens itaque que iam talis est nullam partem sancti solationis reci-
pit: sed ad illam quam diligit medulliter suspirat: feruet: anhe-
lat: anxiosus. Nullis ei sit ipsa salus sui corporis: quia transfixa est
vulnere amoris: unde et in canticis dicit. Vulnerata charitate

ego sum. Mala autem salus est cordis que dolorem huius
 vulneris nescit. Cum vero anhelare iam in celesti deside-
 rio et sentire vulnus amoris ceperit: fit anima salubrior ex
 vulnere que prius egrotabat ex salute. Mentis autem spūs
 suum fortiter amanti de amore vite presentis vna solet
 esse consolatio: si per hoc quod ipsa ab eius visione differtur:
 aliorum anime: eius verbo proficiant: et ad celestem spūs
 amoris facibus inardescant. Veret. quod differre se cōspicit:
 triste est ei omne quod aspicit: quia illum adhuc non videt.
 quem videre concupiscit. Sed est ut dixi non parua cōsolat-
 io si feruens anima differtur et per eam multe colliguntur
 ut tarde cum multis videat: quem sola videre citius vole-
 bat. Unde rursus in cantico sponsa dicit. Fulcite me florib⁹
 stipate malis quia amore languedo. Quid nāq; sunt flores
 nisi anime bonorū. iam opus inchoantes et desiderium ce-
 leste redolentes: Quid mala de floribus: nisi perfecte iam
 bonorum mentes que ad fructum perueniunt boni operis
 de initio sancte querfationis: Que ergo amore languet ful-
 ciri querit floribus: stipari malis. quod si illum quez desiderat
 videre adhuc non permittitur: magna est ei cōsolatio si as-
 liorum profectibus letetur. Anima ergo sancta amore lan-
 guida floribus malisq; fulciatur: ut requiescat in bono ope-
 re. primum: qui adhuc contemplari non valet vultū dei. Pēs
 semus ergo quasi thalamus pauli mens fuerat: qui dice-
 bat. Mihi viuere christus est: et mori lucrum. Omnipotenti
 deo inq̄tum se amore contunxerat: qui sibi vitam christum
 tantummodo et mori lucrum esse deputabat. hinc est quod ite-
 rum dicit: desiderium habens dissolui: et cum christo esse
 multo magis melius. Sed ecce qui dissolui desiderat: quo
 amore langueat videamus. Quia interim differri te cōspi-
 citus: fulciri queso floribus non requiris. Querit plane: nā
 sequitur. Permanere autem in carne necessarium propter
 vos. Et proficientibus discipulis dicit. Que est enim nostra
 spes aut gaudium: aut coronas glorie? Nonne vos ante dos
 minum nostrum Jesum christum. hinc est quod idem thalam⁹
 vno calamo in longo: et vno calamo in lato dicitur mensus
 Longitudo quippe ad longanimitatem expectatiōis per-
 tinet: et latitudo ad amplitudinem charitatis. Tantum er-

Can. 4.

Philip. 4.

Ibidem.

Liber secundus.

go vnusquisq; thalamus habet in longitudine: q̄tum es
in latitudinem habere potuerit: quia mens celesti deside-
rio succensa: q̄tum amorem habuerit ad colligendū proxi-
mum tantū & longanimitatem exhibet ad expectandū des-
& patienter portat moras longitudinis. quia se in profectu
proximi dilatat amplitudo charitatis. Potest etiā ipsa lon-
gitudō longanimitatē patientie que exhibetur primo des-
signare. Et quia latitudo charitatem signat: que nisi men-
tis aperit: & amicos in amorem recipit: tāta est longitudo
thalami: quanta latitudo. quia q̄tum lata mens fuerit per
amorem: tantum erit & patiens per longanimitatem. Nam
tantum quisq; portat proximum: q̄tum amat. Si em̄ amas
portas: si desistis amare: desistis tolerare. Quem enim mi-
nus diligimus: minus etiam toleramus: q̄ irruētē fastidio-
citus facta proximi adducuntur in grauedine ponderis: q̄
nobis non leniat penna charitatis. Sequitur. Et inter tha-
lamos quinq; cubitos. Unus supra thalamū dixerat: & post
modum quinq; cubitos esse inter thalamos narrat. Euidē
licet ratione q̄ multi thalami vnum faciunt: sicut et multe
ecclesie vna ecclesia vocatur. Unde & in Iohannis apocaly-
psi septem ecclesiis scribitur: per quas vna catholica desig-
natur. Hi itaq; qui in sancta ecclesia (sicut diximus) seruē-
ti amore deum videre sitiunt: eos tam per desiderium con-
iunguntur thalami vocantur. Sed tamen sunt in ea quidā q̄
penetrare subtilia non valentes: et quinq; adhuc corporis
sensus depressi: tanto minus amant eum qui fecit omnia:
quanto amplius in his que facta sunt illigantur. Et is qui-
dem exercere se in timore domini & amore. proximi tendere
student: bona opera corporaliter agere: elemosinis peccata
redimere. Sed quia vi amoris intimi ardere ad celeste
desiderium nesciunt: quasi adhuc deuincti corporeis sensu-
bus tenent. Isti itaq; thalami nō sunt: s; tñ inter thalamos
continent. q̄ per eorū ducatus qui visionē dei pfecte diligunt:
& ipsi ad pfectū mētis diligunt. Inter thalamos ergo qui
q̄ sunt cubiti: q̄ hi qui ab exterlorib; quinq; sensib; ad huc
ad intellectū mysticū nō assurgūt: dū inter eos sunt q̄ spiritus
tui amoris seruēt: velut manētes inter thalamos in fidei co-
structione pfiat: & a mēsurā celestis edificij disiuncti non

Textus.

Apoca. I.

sunt. Nam paulisper se ab appetitu corporalium sensuum
 subtrahunt: & dilato mentis spacio imitantes charitatem:
 quam cōspiciunt: hinc inde ad thalamos extendunt. Quod
 ergo nō per sex cubitos: sed per quinque descripti sunt: ipsa
 adhuc eorum imperfectio designatur sed tamen per bonū
 desiderium in mensura spiritualis edificij esse memorantur
 q̄a ex voce ecclesie per psalmistam dicitur. Imperfectum
 meum viderunt oculi tui: et in libro tuo omnes scribentur.
 Qui iterum per psalmistam dicit. Benedixit omnes ti-
 mentes se dominus pusillos cum maioribus. Hi itaq; & im-
 perfecti sunt & pusilli. In q̄tum tamen cognoscere preualēt
 & deum & primum diligunt: atq; ideo bona que possunt nō
 negligunt operari. Qui & si necdum ad spiritalia dona p̄fi-
 ciunt: vt vel ad perfectam operationē vel ad succēsam cons-
 templationem aiam errant: tñ ab amore dei & primum in q̄-
 tū capere preualent nō recedūt. Vñ sit vt ipsi quoq; & si mi-
 nori loco: in sancta tñ edificatione sint positi. Quia & si ad
 doctrinā si ad p̄phetiam: si ad miraculorū gratiā: si ad con-
 temptū mūdi plenius exequendū fortasse minores sunt: tñ
 in timoris & amoris fundamento sunt in quo solidant. Quia
 & si igne celestis desiderij nō ardēt: in ipsis extertōib; que
 exercere sufficiunt vapore charitatis animant: & inter p̄xi-
 morū precellentū edificia cōtinent. Vñ: recte sponsa in cā-
 nticis canticoꝝ loquit̄: dicens. Ferculū fecit sibi rex salomon
 delignis libani colūnas eius fecit argēteas: reclinatorium
 aureū: ascēsum purpureū: medisa charitate strauit: p̄pter
 filias iherusalē. Neq; est credendū est salomonē tante ma-
 gnitudinis regē: qui sic immēsis delicijs affluebat: vt pōd
 auri eius estimari nō possit & argentū in diebus illis precij
 nō haberet: quia ferculum sibi ligneū fecit. Sed est salomō
 videlicet pacificus noster: qui sibi de lignis libani ferculum
 fecit. Libani quippe ligna cedrina valde sunt imputribi-
 lia. ferculum itaq; regis nostri sancta ecclesia est: que de
 fortibus patribus. i. de imputribilibus mētibus est cōstru-
 cta. Que recte ferculū dicit̄: q̄ ipsa fert quotidie anias ad
 eternum cōiuiuiū cōditoris sui. Cui ferculo colūne argē-
 tee facte sunt: q̄ predicatorēs ecclie sancte eloqui luce re-
 splendēt. Est autē cū colūnis argēteis reclinatoriū aureū

ps. cxxviii.

ps. cxliij.

Can. liij.

Liber secundus.

quia per hoc quod a sanctis & predicatoribus lucide dicitur
mentes audientium fulgorem charitatis intime in qua res
clinentur inueniunt. Per hoc enim quod luculente & aperte
dicunt in illud quod clarescit in corde requiescunt. Columne
ergo argenteae & reclinatorium aureum factum est: quia per
lucem sermonis inuenitur apud animum claritas quiescens.
Illius iam quippe fulgor internus mentem irradiat: per inuē
tionem ibi requiescat: ubi predicationis gratia non querat.
De eadem quippe sancta ecclesia scriptum est. Pene columne
deargentatae: & posteriora dorsus eius in specie auri. Que et
hic spiritu mansuetudinis impleta: quasi columna pennas
deargentatas habet in posteriora dorsus eius specie auri con
tinet: cuius hic predicatorum suos sermone lucis induit. In
posteriori autem seculo fulgorem in se claritatis ostendit.
Sed ad hoc quod clarum intus ostenditur qualis sit ascensus
adiungit cum de eodem ferculo protinus subdit. Ascensum
purpureum. Vera quippe purpura: quia de sanguine tins
gitur: non immerito in colore sanguinis videtur: quia maxima
multitudo fidelium in exordia nascentes ecclesie per mar
tyrij sanguinem peruenit ad regnum. Rex noster ascensum
purpureum fecit in ferculo: qui a claris quod intus aspi
citur: per tribulationem sanguinis peruenitur. Quid ergo
nos miseris atque ab omni fortitudine destituti quid acturi su
mus? Ecce in hoc ferculo columna esse non possumus: quia in
nobis nec fortitudo operis: nec lumen emicat predicationis.
Reclinatorium aureum non habemus: quia necdum sicut oportet
per intellectum spiritalem requiem interne claritatis aspi
cimus. Ascensus purpureus non sumus: quia pro redemptore nostro
funderi sanguinem non valeamus. Quid ergo de nobis agendum
est? Que spes erit: si nullus ad regnum peruenit nisi qui sum
mis virtutibus predictus fuerit? Sed adest quoque nostra
solatio. Amemus in quantum possumus deum: diligamus
& proximum: & simul quoque nos ad dei ferculum peruenimus
quod sicut illic scriptum est. Media charitate construxit. habe
quippe charitatem: & ibi sine dubio peruenit ubi & columna ar
gentea erigit: & ascensus purpureus tenet. Nam quis hoc pro
pter nostram infirmitatem dicit: aperte monstrat cum illic pro
tinus subdidit. Propter filias hierusalem. Sermo etenim dei qui

Ps. lxxij.

Cant. lxxij.

Ibidem.

Homelia. xv. Fo. cliv.

ad illos: sed filius dicit: quid aliud per sexu feminei q̄ me
 tum infirma signavit: Quod & illiciter colinas argenteas
 reclinatori aurei & ascēsum purpureū inesse media chari-
 ritas of. ppter filias hierlm: hoc hic inter thalamos p̄ quibz
 q̄ cubitos designatur: quia et qui in virrutibus infirmantur
 ipsi bona que possunt facere cum charitate non negli-
 gunt: dei edificatione alieni non sunt. Sequitur. Et limē
 porte iuxta vestibulum porte extrinsecus calamo vno. Vbi
 limen quod modo describitur iuxta vestibulum porte interi-
 secus esse memoratur: aperte ostenditur quia limen quod
 prius scriptum est extrinsecus fuit. Sed si porta est domi-
 nus: quod sit limen porte intrinsecus: extrinsecus requira-
 mus. Per limen etenim portam vnusquisqz ingreditur. Et
 que sunt duo hec limina: nisi patres testamenti veteris et
 patres testamenti noui? Non solum quippe hi de quibus
 dominus incarnari dignatus est: sed omnes testamenti ve-
 teris patres porte huius limen fuerunt. Quia hi qui eum
 predicare et in eo sperare meruerunt. cunctis ad eum ves-
 mentibus aperuerunt aditum fidei: vt omnis qui credide-
 rit dñm: quasi iā portā huius liminis intraret. Sed cur ante
 limē exterius & post limē interi⁹ dñs: nisi qz pri⁹ testamēti
 veteris patres: et postmodū noui testamenti doctores fue-
 runt. Recte autem limen exterius testamenti veteris pa-
 tres designat. Quia per eorum predicationē opera peruer-
 sa punita sunt. Per dicta vero nouorum patrum vnusquis-
 usqz animus etiam ab illicitis cogitationibus coeretur:
 dum reatus esse perfectus in deliberatione cordis ostendi-
 tur. Illi quippe a flagitijs: a crudelitatibus: a rapinis: au-
 ditum alas phibere curauerūt. Isti vero dñi nō solum per
 uerfa opa: sed etia illicita cogitationum refecant: quid no-
 bis aliud nisi limen intrinsec⁹ facti sūt. Vbi & ipsa ritas lo-
 qui dicit. Audistis qz dictū est antiq̄s: non occides: q̄ si
 occiderit reus erit iudicio. Ego autē dico vobis: qz ois qui
 irascit fratri sue sine cā reus erit iudicio. Recte quoz exte-
 rius limen illos patres designat: qui ab ipsa incarnationis
 redēptoris nri p̄ interualla tēporū iōgi⁹ cōstitērūt. Et qdē
 ab abel sanguine passio iā cepit ecclesie. Et vna est ecclesie
 atqz p̄cedenti atqz sequenti. Sed tamen quia discipus

Tertus.
C.

209.7.

Liber secundus

Luce. 7.

his dicitur. Multi reges et prophete voluerunt videre que
vos videtis et non viderunt. Antiquis patribus quasi for-
ris stetit: est redemptio nostri presentiam corporaliter
non vidisse. Exterius igitur: sed tamen non diuisi a sancta
ecclesia fuerunt: quia mente: opere predicatione ista iam
fidei sacramenta tenuerunt. Ista sancte ecclesie celsitudine
cospexerunt: quam nos non adhuc postolando: sed iam habendo con-
spicimus. Sicut enim nos in preterita passione redemptio nra:
ita illi per fidem in eadem ventura sunt saluati. Illi ergo
foris non extra mysterium: sed extra tempus. Unde et in co-
structione tabernaculi ut columne argentee interius staret
parilli erei figi per circuitum exterius iussi sunt: in quibus
re ligatum tabernaculum teneretur. Columne itaque argen-
tee interius: parilli vero erei in circuitu figuntur: atque in
ipsis funes ligati sunt ut tabernaculum fixum maneret: et
videlicet ut sancti apostoli in luce sermonis sui solidi staret
et totum tabernaculum id est sancta ecclesia in fidei integritate
consisteret: tanquam parilli erei patres testamenti veteris
ac prophete exteri fixi sunt: quod verborum suorum funibus predicato-
rum mentes in soliditate stringerent: atque hoc dei parilli erei
ut habitaaculum in statu fidei ligarent. Exterius ergo parilli
sunt: qui ante tempus huius sancte ecclesie fuerunt. Sed
tamen eos ligant qui in ipsa sunt: quia dum celestia myste-
ria ventura predicant hec postquam ostensa sunt: credibilia om-
nibus fecerunt. Ut ergo intus columne immobiles stent:
foris parilli funes continent: quia ut sancti apostoli per ses-
cte incarnationis dñice mysterium crederent: illorum predi-
catio obtinuit quod hoc priusquam fuerit et videre et predicare
potuerunt. Unde recte quoque ipse primus apostolorum ma-
gna scilicet columna veri tabernaculi loquitur dicens. Viden-
temus firmiter propheticum sermonem cui beneficia
intendentes: quasi lucerne lucenti in caliginoso loco. In quibus
verbis indicat quod ad altiora surrexit et culmine ubi
re ligata persistat in fide. Que tamen lucerna prophetici ser-
monis iam quidem intelligentibus incet: sed adhuc non in-
telligentibus cooperta allegoziarum obscuritatibus per-
manet. Ut etiam per psalmistam de eisdem dicitur prophetarum dicitur
Tenebrosa aq̄ in nubibus aeris. Quod videlicet occulta est scilicet

4. Pet. 1.

ps. xxvii.

Homelia .xv. Jo. ciii.

in prophetis. Nec immerito coline argenteæ parilli ho-
ere facti sunt: quia quod clare scilicet apostoli predicant: hoc prophete sub
intellectu mystico obscure locuti sunt. Recte ergo per eris metal-
licè signati sunt: quia clari in suis predicacionibus non fuerunt. Sacri
vero apostoli qui ad receptoris nisi mysterium lucis predicacionis
haberi solent: argenteis colinis expressi sunt. Et notandum quod ar-
genti sonat et lucet: es homo sonat et non lucet: quia predicatorum
noui testamenti aperte locuti sunt que etiam monstrare po-
tuerunt. Predicatores vero testamenti veteris quia per al-
legostrarum umbras de celesti mysterio obscura dicta pro-
tulerunt: quasi sine luce sonitum dederunt. Quod ergo illic
per parillos et columnas: hoc hic per limen exterius des-
gnatur. Si vero portam scripturam sacram hoc in loco ac-
cipimus: ipsa cuoque duo limina habet exterius et interius:
quia in littera diuiditur: et allegoria Limen quippe scriptu-
re sacre exterius ista: limen homo ei interius allegoria. Quia enim
per litteram ad allegoriam tendimus: quasi a lumine quod est
exterius ad hoc quod est interius venimus. Et sunt in ea
per multa que ita iuxta litteram mentem edificant: ut per
hoc quod exterius agitur: audientis mens interius traha-
tur. Ibi quippe inuenimus predicamenta operis et exem-
pla virtutis: ibi iubetur quod agere etiam corporaliter debemus
ibi hoc quod ad operandum precipitur: in sanctorum virorum ac fortium
actione monstrat: ut postquam nos aptiora precepta atque exempla
iustorum ad bonam operationem instruit: tunc ad limen interius
id est ad intellectum mysticum intime contemplationis tran-
damus si possumus pedem mentis. Studete queso fratres
charissimi dei verba meditari: nolite despiciere scripta no-
stri conditoris que ad nos missa sunt multum valde est quod
per ea animus refricatur ad calorem: ne iniquitatis sue
frigore torpescat. Cum illa precedentes iustos fortiter egis-
se cognoscimus: et ipsi ad fortitudinem bone operationis
accingimur: sanctorum exemplorum flamma animus legem
tis incenditur. Videt que fortia ab eis facta sunt et valde in-
dignatur sibi: quis talia non imitatur. Unde recte spiritus vo-
ce ad sponsam dicitur. Sicut turris david collum tuum: quod edifi-
cata est cum propugnaculis suis. Mille clipei pendet ex ea:
eis armatura fortium. In collo etenim guttur: in gutture vos

Cant. iiii.

Libro secundus

Mat. xxiij.
Mat. xij.
Ibidem.
Exo. xx.
Mat. xix.
Leuitici. xix.

Mat. v.
Ibidem

Luce. xij.

Mat. vi.

Luce. xiiij.

Gen. iij.

Gen. v.

est. Quid ergo per collum sancte ecclesie: nisi sacra ei⁹ elo
quia designantur. In qua dñi mille clipei depēdere memo
rantur per hunc perfectum numerum: numerus vniuersus
ostenditur: qz vniuersa nostra munitione in sacro eloquio con
tinetur. Ibi q̄ppe sūt precepta dei ibi exempla iustoz. Si
enim torper animus a conditoris sui desiderio: audiat qd
dicitur. Diliges dominum deum tuum ex tota mente tua:
et ex tota virtute tua. Si quis in odio fortasse labitur pro
ximi: audiat quod dicitur. Diliges proximum tuum sicut
teipsum. Res aliena concupiscitur: audiat: quod illic scri
ptum est. Non concupisces rem proximi tui. De iniuria q̄
proximi ore vel facto ulata est: ad iram mens accenditur.
audiat quod dicitur. Non queres vltiones nec memor eris
in irate inimicum tuorum. In carnis concupiscentiā male fau
cis mens a cenditur ne sequatur oculus mentem audiat
quod paulo superius dictum est. Qui viderit mulierem ad
concupiscendum eam: iam mechatus est eam in corde suo
Contra inimicum fortissā quisqz animum suum relaxare po
nit in odio: audiat quod illic scriptum est diligit inimicos
vestros: benefacite his qui vos oderunt. Sed is qui aliena
iam non rapit: rathuc fortitan sua inordinate retinet: au
diat quod illis dicitur. Vendite que possidetis et date ele
mosinam. Infirmantis animus perfrui desiderat deo si
mul et seculo audiat quod illic scriptum est. Nemo potest
duobus dominis seruire. Alias non ad necessitatem sibi
dñi: sed ad voluntatem desiderij possessa retinet: audiat qd
illic dicitur. Qui non renunciauerit omnib⁹ que possidet:
non potest esse meus discipulus. Quidam enim relinquunt
omnia: multi autem possidendo renunciant: q̄ sic ad vitam
possessa retinent vt eis desiderio nō succumbant. Torpere
quisqz appetit: et laborem subire pro domino etiam: cū pre
ualet refugit In collo ergo ecclesie idest i sacri eloqui pre
dicatione que pro sua munitione et altitudine turri dandi
similis dicitur: in ille clipei depēdet: quot illic precepta sūt
tot etiam pectoris nostri munitiones. Ad seruandam itaqz i
nocentiam etiam leui a proximo perdurare in humilitate
festinamus: abel ante oculos veniat: qui et occisus a fra
tre scribitur: et non legitur reinctatus. Mentis mundicia

Homelia.xv. Fo.cb.

etiam: cum conjugali copula eligitur: enoch debet imitari
q̄ et in conjugio positus ambulauit cū deo ⁊ nō inuenieba-
tur: q̄ transit illū deus. Precepta dei festinam⁹ p̄fiti
nostre vtilitati p̄ponere. Noe q̄ oculos veniat: q̄ cura do-
mestica postposita ex iussione oīpotentis domini: per cētū
annos ad arche fabricam vixit occupat⁹. Subire obediē-
tie virtutem nitimur: aspiciere abraham debem⁹: q̄ relicta
domo cognatione: patria: obediuit exire in locum quē ac-
cepturus erat in hereditatem: ⁊ exiit nesciens quo iret qui
paratus exiit: vt pro eterna hereditate dilectum quē ac-
ceperat occideret heredē. Et q̄ vnicū dño offerre nō di-
stulit: vniuersā multitudinē gentium in semē accepit. Mo-
rum simplicitas placet: isaac ad mentem venisse: quē in oī-
potentis dei oculis vite sue tranquillitas orauit. Laborio-
sa fortitudo vt obtinere debeat q̄ratur: iacob ad memoriaz
deducatur: qui postq̄ scūt fortiter seruire homini: ad eam
quos virtutem deductus est: vt non potuisset a luctate an-
gelo superari. Conamur carnis illecebrā vincere: ioseph
ad memoriā redeat: q̄ cōtate se domina: studuit carnis con-
tinentiam etiam cum vite periculo custodire. Un factum ē
vt q̄ mēbra sua bene nouerat regere: regēde q̄q̄ oī egypto
p̄fesset. Mansuetudinē atq̄ patientiā obtinere q̄rimus:
moysen ante oculos deducamus: q̄ exceptis puulis ac mu-
lieribus sexcenta milia armatorum regens: mitis fuisse de-
scribitur super omnes hoīes qui habitabant super faciem
orbis terre. Rectitudinis zelo cōtra vitia accendimur: phi-
nees ante oculos deducatur: qui coeuntes glā dño transi-
gēs castitati pplm reddidit: ⁊ iram dei irat⁹ placauit. De
ipse omnipotentis dei presumere in dubijs q̄rimus ioseph ad
memoriā reuocemus: qui dum dubia certamina: certa mē-
te sublit: ad victoriam sine dubietate peruenit. Jam men-
te inimicitias punire cupimus: in benignitate animum dis-
latere: samuel in cogitatione deducatur: qui de principa-
tu deductus a populo cum idem populus peteret vt pro eo
dominus preces effunderet: respondit dicens. Absit a me
hoc peccatus in domino: vt cessem orare pro vobis. Culpā
quippe vir sanctus p̄petrare se credidit: si eis quos aduer-
sarios ptulerat: vsq̄ ad deiectionem benignitate gratie nō

Señ. vi.

Señ. xij.

Señ. xxij.

Señ. xliij.

Señ. xxxi. et.

xxxij. et. xxxij.

Señ. xxxix.

Num. xij.

Deutro. xxx

iiij. et

Josue. iij. v.

et. viij.

i. Re. viij.

i. Re. xij.

Libert secundus.

1. Reg. xvi.

1. Re. xxiij. 2

xxvi.

ii. Reg. i.

Luce. iij.

Mar. vi.

Act. iij.

Act. xx.

i. Joh. p tota.

Can. i ij.

reddidisset in prece. Qui rursus est iubente domino mitti
returvt dauid vngeret in regē: respondit. Quō vadā: inu
niet enim me saul et occidet me: Et tñ qz iratum deum e
dem sauli cognouerat: in tanto se luctu affligerat vt ei per
se dominus s diceret. Quousqz tu saulem luges cum ego i
lū abiecerim: p̄sem? ergo etus animū quātus ardor cha
ritatis incenderat: q̄ et illum flebat a quo timebat occidi.
Cauere autem volumus quē timemus. sollicita nobis me
te pensandum est ne si locū repim⁹: malū foras se pro malo
reddamus ipsi quem fugimus. Dauid ergo ad memoriam
redeat qui persecutem se regem ⁊ inuenit vt potuisset oc
cidere: et tamen in ipsa feriēdi p̄tate possit? elegit bonū q̄
ipse deberet facere: nō aut malū q̄ ille merebat pati: q̄
cens. Absit a me vt mittā manū meā in xp̄i dñi. Et cū ioh
saul post ab hostibus fuisset interemptus: est quē p̄secutor
rē dū viueret ptulit: fleuit occisū. Erratib⁹ hui⁹ mūdi po
tentib⁹ libere loqui decernim⁹: iohannis auctoritas ad ali
reducit q̄ herodis nequitia respēdēs p̄ verbū rectitudinē
occidi nō timuit. Et qz xp̄s veritas: ipse ideo p̄ xp̄o qz p̄ ve
ritate aliam posuit. Carnē iam nostrā p̄ deo ponere in me
tem festinam⁹: petrus ad mētē ventat: q̄ ster flagella sua
der q̄ cesus principibus restitit: qui vitam suam p̄ vicia sua
despicit. Cum mortis appetitu disponimus aduersa com
nere: paulus ante oculos deducit: q̄ nō solum aligari: sed
⁊ mori patus p̄ xp̄o non facit preciosorem animam suam
q̄ se. Succendit cor nostram igne charitatis q̄rimus: ioh
nis verba pensemus cui⁹ oē quod loquitur charitatis igne
vaporat. Qz in voce sacri eloqui cuiuslibet q̄rim⁹ in finem
virtutis inuenim⁹. mille clipei p̄dent ex ea: ois armatura
fortium. Si enim pugnare contra spiritalia nequitie volu
mus: in colo ecclie q̄ nobis sicut dauid turris erecta ē: id ē
in diuina eloquia protectionis arma requiramus: vt ex
scretione p̄cepti contra vitia sumatur virtus adiutoria.
Ecce enim contra aerias potestates festinamus fortes ex
stere: in hac turri armaturaz nostre mentis inuenimus arma
inde p̄cepta conditoris: inde sumamus exempla p̄ceptorū
tium p̄ que cōtra aduersarios nostros in expugnabiliter ar
memur. Dū enim quālibet virtutē subire appetis: ⁊ hāc illi

Homelia. xv. Fo. cvj.

licia patribus ista splenda vides: tibi armatura tua inuenis: p
quam contra spiritalia bella maniaris. Dependet in ea quod
pe clipei: si quis pugnare appetit assumat: et ex ea virtute pe
chus munitur: et verborum iacula emittat. Et notandum quod edifi
ficata cum propugna culis suis dicitur. Hoc quippe agitur p
pugnacula quod clipei: quod utraque pugnantem munitur. Sed
inter utraque distat: quia clipeos pro nostro munimine vobiscum
quod volumus mouemus. Propugnaculo autem defendi pos
sumus: sed hoc mouere non possumus. Clipeus in manu te
netur: nam propugnaculum non tenetur. Quid ergo inter
propugnacula et clipeos distat: nisi quod in sacro eloquio patrum
precedentium et miracula legimus: et virtutes bonorum ope
rum audimus: ubi namque cognoscimus quod alius potuit ma
re diuidere alius solem figere. alius mortuum suscitare: alius
paralyticus verbo erigere: ymbra egros curare: alius per
suam sententiam infirmantium febribus obviare. Qui tamen
omnes et patientie longanimitate mites: et zelo rectitudinis fer
uentes fuerunt: verbi predicatione diuites: simul et miseri
cordia largi. hi itaque quod vera de deo dixerint: testant mira
cula: quia talia per illum non facerent: nisi de illo vera narra
rent. Et quod patrum quod humiles: quod benigni extiterint eorum testatur
operationes. Si igitur de fide tentamur quam ex illorum
predicatione concepimus: loquentium miracula conspicias
mus: et in fide quam ab eis accepimus confirmamur. Quid
ergo illorum miracula nisi nostra sunt propugnacula? Quia
et muniri per illa possumus: et tamen hec in manu nostri arbitrii
trij non tenemus nisi talia facere non valemus. Clipeus ve
ro in manu est et defendit quia virtus patientie: virtus mi
sericordie precedente nos gratia et impotestate est arbitrii:
et a periculo protegit aduersitatis. Turris itaque nostra cum
propugnaculis suis edificata est: in qua mille clipei depen
det: quod scriptura sacra sub miraculis patrum a iaculo aduer
satis absconditur: et quersationis sancte munimina etiam
in manu operis tenemus. Notandum vero quod limen porte
vno calamo mensuratur. Calamus autem in sex cubitis et
palmo tenditur: quia videlicet in scriptura sacra doctrina
perfecte operationis: et initium superne contemplationis
inuenitur. Sin vero porta hoc loco: ymusquisque predicatos

Libert secundus

accipitur limen: exterius in porta est vita actius. limen vero interius vita corēplatiua. Per illā q̄ppe ambulat in fide p̄ hanc ho festinat ad speciē. Illa exteri⁹ ducit vt vnusq̄sq̄ bñ viuere debeat ista interi⁹ p̄ducit vt ex bona vita ad gloria eterna pertingat hec nos hodie tractasse sufficiat qui eni trāsfētes ad alia/ diu per excessum locuti sum⁹: ea que subiecta sunt lectioni alteri referuemus reparādi per siliu: sperantes in verbo/ quod viuit ⁊ regnat cum patre in vnitatē spiritus sancti. per oia secula seculor. Amen.

Homelia. xvi.



Q̄ mensus est vestibulū porte octo cubitorū ⁊ frontem eius duobus cubitis. Vestibulū autē porte erat intrinsecus. Porro thalami porte ad viā oriētalem tres hinc ⁊ tres inde mensura vna triū: ⁊ mensura vna frontium ex vtraq̄ parte. Et mensus est latitudinem līminis porte decem cubitorum ⁊ longitudinem porte tredecim cubitorum: ⁊ marginem ante thalamos cubiti vnus: ⁊ cubitus vnus finis vtrinq̄.

Textus.

Textus.

Utrius cuius erat species quasi species eris mensus est vestibulum porte octo cubitorū ⁊ frontem eius duobus cubitis. Ac ne hoc vestibulum extra portam esse crederemus subdit. Vestibulum autem porte erat intrinsecus. Quid ergo per interius vestibulum nisi eterne vite latitudo signatur que modo inter angustias vite presentis latet spe mente concipitur. De qua per psalmistam dicitur. In

Homelia .xvi. Jo. c.vij.

trate portas eius in confessione atris eius in hymnis confessioni: angustie vite portam ingredimur. Sed cum post hec ad eternam vitam perducimur porte nostre atris in confessionum laudibus intram⁹: quia ibi iam angustia non erit, cum nos letitia eterne solennitatis assumpserit. Propter confessionis nostre angustiam veritas dicit. Intrate per angustam portam. Et cum se psalmista recipere in latitudine gaudia eterna presumpserat dicebat. Statuisti in loco spatioso pedes meos. Ad atrium ergo per portam tendit: quia ad latitudinem solennitatis pergitur ab angustia confessionis. Illa itaque gaudia que apud dauid atris a portibus vestibulum intrinsecus vocant. Unde et hoc ipsum vestibulum octo cubitis dicitur mensuratum. Ibi enim omnes recipiendi sunt qui nunc in exercitio operis laborant et ad eterna gaudia per contemplationis gratiam suspirant. Nec immerito mensura vestibuli in octo cubitis ponitur: quia septem diebus uniuersum tempus enoluitur. Eterna enim dies que expletam septem dierum vicissitudinem sequitur: scilicet octaua est. Unde etiam psalmista resurrectionis diem considerans quia de extremi iudicii distinctione erat locutus premisit titulum dicens in finem psalmi dauid pro octaua. Ut enim quam octauam diceret demonstraret: diem illam tremendi terroris in psalmi inchoatione secutus est dicens. Domine ne in ira tua arguas me neque in furore tuo corripas me. Modo enim quisquis per flagella corripitur: et correptionibus emendatur in mansuetudine corripitur non in ira. In districto autem illo examine omnis argutio atque correctio ira est: quia venia post correptionem non est. Huius octonarum numeri causa est quod post sabbatum dominus voluit a morte resurgere. Dies quippe dominicus qui tertius a morte dominica a conditione dierum numeratur octauus: quia septimus sequitur. Unde et ipsa vera redemptoris nostri passio et vera resurrectio figurauit aliquid de suo corpore in diebus passionis sue. Sexta enim feria passus est sabbato quiescit in sepulchro dominica die surrexit a morte. Presens etenim vita nobis adhuc sexta est feria quia in doloribus ducitur et in angustiis cruciatur. Sed sabbato quasi in sepulchro quiescit.

ps. xcix. A.

Mat. vii.

ps. xxx.

ps. vi.

OO. iij.

Liber secundus

scimus quia requiem anime post corpus inuenimus. Dominico vero videlicet a passione tertio a additione vt dicitur octauo iam corpore a morte resurgemus et in gloria anime etiam cū carne gaudebimus. Quod ergo mire saluator noster fecit in se. hoc veraciter significauit in nobis: vt nos dolor i serra ⁊ requies in septima ⁊ gloria excipiat in octauis hinc per salomonem dī. Da partes septem necnon ⁊ octo quia ignoras quid mali futurum sit super terrā Partes etenim septem simul ⁊ octo damus qñ sic ea q̄ septem diebus euoluuntur. disponimus vt per hec ad bona eterna veniamus. Ut dummodo caute agitur postmodum venientis tremendi iudicij ira deuitetur. Octo itaq; cubitis vestibulum mensuratur intrinsecus quia per lucem que post septem dies sequitur latitudo nobis eternitatis aperitur. Sed nemo ad illam venit nisi qui hic dilectionem dei ac proximi deuota mente tenuerit. Un̄ ⁊ subditur. Et frontem eius te pñtis. Sicut enim vestibulum intrinsecus superna reges debet intelligi. ita per frontem porte necesse est qualitate visibilis vite signari. Srons ergo porte duobus cubitis mensuratur quia quisquis hic dilectionem dei ac proximi seruare studuerit ipse ad eternitatis atrium perungit. Vita igitur nostra vt duobus cubitis mensurata tendi quotidie per charitatē debet in amorē dei simul et proximi. Non est enim charitas vera si minus a duobus cubitis hīs. Un̄ moyses cum per colores vestium electorum virtutes exprimeret in ornamento pontificis bis tincti coccum inbet adhiberi. Quid nāq; per coccum nisi charitas designatur: q̄ semper flāma amoris accenditur. Sed coccus bis tingitur qñ nō solum ex amore dei sed etiā proximi nostra charitas infunditur. Nā quisquis amat deum vt iussit sibi proximi caritā relinqt adhuc in eo coccus semel tinctus est. Et q̄ quis sic amat proximum vt imitat desideria q̄ flagellare vult in deum non est adhuc in eo color tincture geminatus. Vobis desiderijs anhelare in quo veraciter viuamus. Ecce enim ad fidē atq; ad audiendum verbū s̄i oportētis dñi nos qui religioso induti habitu videmur: ex diuersa mōdi q̄

Eccle. vi.

Textus.

Exodi. xxvii

Homelia. xviij. Fo. c. lviij.

litate conuenimus atq; ex dissimilibus iniquitatibus in sancte ecclesie concordia congregati sumus: ita ut iam patēter factum esse videatur: qđ de pmissione ecclesie per Isayas dicitur. *Isaie. xi.* Habitabit lupus cū agno & pardus cum hedo accubabit. Nam per sancte charitatis viscera lupus cum agno habitabit: qđ hi qui in seculo raptos fuerunt cum mansuetis ac mitibus in pace cōquiescunt. Et pardus cum hedo accubabit quia is qui peccatorum suorum maculis varius fuit cum eo qui se despicit & peccatorem fatetur humiliare sentit. Ubi & subditur. Vitulus & leo & ovis simul morabunt. Quia & is qui per cōtrarium cor ad quotidianum se deo sacrificiū preparat: & alius qui tanq̄ leo ex crudelitate seutebat: & alter qui velut ovis in innocētie sue simplicitate p̄durat: in caulis sancte ecclesie conuenerit. Ecce qualis est charitas que per diuersitates mentū accenditur concremat: conflat. et quasi inynam auri specie reformat. Sed in eo qđ se electi sic amant: ad illum necesse est ut festinent quem eterno gaudio in celis mereant. Unus est etenim dominus ac redemptor noster qui & hic electorum suorum corda ad vnanimitatē ligat & ad supernum amorem per interna desideria semper stimulat. Unde et illic subditur. *Ibidem.* Et puer paruulus minabit eos. Quis iste est puer paruulus: nisi de quo scriptum est. Puer natus est nobis filius datus est nobis. Qui simul habitantes minat: quia ne in terrenis rebus corda nostra inhereant hec per internum desiderium quotidie inflammat. Et hoc ipsum eius minare est ad suum nos amorem incessanter accēdere ne cū nos vicissim diligemus mēte in hoc exilio remaneam: ne quies huius vite sic placeat: ut ad obliuionē patrie perducatur: ne delectata mēs p̄speris torpeat. Ubi & donis suis flagella pmiscet: ut nobis oē qđ nos in seculo delectabat amarescat: & illud incendiū surgat in anio qđ nos semper ad celeste desiderium in quiete excitet: atq; (ut ita dicam) delectabiliter mordeat: suauiter cruciet: hilariter cōtristet. Puer ergo nos paruulus minat: qđ is qui paulominus angeli minorat⁹ est: p̄ charitatē quas nobis tribuit: in hoc nos mūdo mentē figere nō pmittit. Bis tinctus itaq; in nobis coccus est: si & hic p̄rimos n̄fos sicut nos diligim⁹: & ad auctorem oīum cum ipsi s̄ quos diligimus festinamus. Si

Liber secundus.

Textus.

igitur ista nostra de perfecta charitate bis fingitur: frons
in nobis porte duobus cubitis mensuratur. Sive igitur doctor
seu sacrum eloquii: vel certe fides porte nomine signetur
in mensura utriusque cubiti charitas non inconuenienter acci-
pitur: quia et ille vera predicat qui dei ac proximi amore docet.
Et ipsa est certa scientia quam charitas edificat et fides
robusta est que se in dilectione dei ac proximi exercet. Ser-
quitur. Porro thalami porte ad viam orientalem tres hinc
et tres inde: et mensura una tris. Quid thalami quidvis orien-
talis designet: iam superius diximus: nec replicare latius
necessarium putamus. Sed querendum nobis est: quid est quod
dicitur tres hinc et tres inde? Thalami quippe iuxta viam
orientalem sunt corda feruentium in amore dei. Et sive hi
qui electi in testamento veteri fuerunt: sive hi qui in testa-
mento nouo secuti sunt: nimirum constat. quia omnes ex amor-
re trinitatis accensi sunt. Neque enim vere deum diligere: si
eiusdem trinitatis que deus est gratias non accepisset. Iux-
ta viam ergo orientalem tres hinc et tres inde sunt thalami.
quia dum inter veteres et nouos patres dominus incarnari digni-
tus est: quasi in medio thalamorum via orientalis apparuit.
qui thalami ad veram speciem ex trinitatis sunt cognitio-
ne decorati. Sin vero ad virtutes electorum eundem numerum
referamus: tres sunt virtutes sine quibus is qui aliquid hope-
rari iam potest: saluari non potest. videlicet fides spes cha-
ritas. Et quia eadem fides spes et charitas. in antiquis patri-
bus que in nouis doctoribus fuit: iuxta orientalem viam tres
hinc et tres inde thalami describunt. Vel certe quia tres pa-
trium veterum distinctiones fuerunt: tres quoque nouorum sub gra-
tia sequuntur. Vetus quippe populus habuit patres ante le-
gem: ac deinde in lege: et postmodum prophetas. In nouo autem
populo. prius hebreorum primitie crediderunt: postmodum ple-
nitudo gentium fide secuta est: ac deinde in fine seculi hebreo-
rum reliquie saluantur. Quis ergo incarnatio domini et ex su-
periori parte patres ante legem: patres in lege: atque ad ex-
tremum prophetas habuit: et ex posteriore fideles ex hebreis:
fideles ex gentibus: ac postmodum hebreorum omnes reliquias col-
ligit: orientalis via tres hinc et tres inde thalamos habere
memorat. Sed hoc quoque non inconuenienter accipimus: si tres

Roma. ix.

que iuxta thalamos non iam extrinsecus: sed esse intrinsecus
dicuntur. Nā de eisdem fenestris subditur. Et in frontibus
eorum que erant intra portam undiqz per circuitum
erant enim in thalamis: erant et in frontibus eorum: que
intra portā undiqz p circuitū fuerāt cōstructa: qz qz cor inter-
habet: ipse quoque lumen cōtemplationis suscipit. Nā qui ad
huc exteriora imoderatē cogitat: q̄ sint de eterno lumine
rimae cōtemplationis ignorat. Neqz enī cū corporearū rerū
imaginib⁹ ille se infusio incorporee lucis capit: qz dū sola
visibilia cogitantur: lumen invisibile ad mentem non ad-
mittitur. Sed quisquis iam lumini contemplationis inten-
dit: curare magnopere debet vt mentem semper in humilitate
custodiat: nunq̄ se de gratia qua infunditur extollat.
et ipsas obliquas fenestras que mentes contemplantiū sus-
cipiunt quales sint consideret. Per obliquas etenim fenestras
lumen intrat et fur non intrat: quia hi qui vere speculari
res sunt: semp̄ sensū in humilitate deprimunt: atqz ad eorū
mētē intelligentiā contemplationis intrat: sed iactantia et laetitia
illis non intrat. Et patet itaqz fenestre: et munite sūt: quia et
aperta est in mētibus eorū gratia q̄ replētur: et tñ ad se aduert

Homelia. xlvj. Fo. cxx.

faris ingredi ad supbia non pmittit. Notandū hō q̄ intra
portā vndiqz p̄ circuitū fenestre oblique esse mēozatur. Nō
eni cōtēplationis gratia sūmis datur ⁊ minimis nō dat: sed
sepe hāc sūmī. sepe minimi: sepius remoti atiqz eā cōiuga
ti percipiunt. Si ergo nullum est fidelium officium a quo
possit gratia contemplationis excludi: quisquis cor intus
habet illustrari etiam lumine contemplationis pōt. Quia
intra portam vndiqz per circuitum fenestre oblique cōstru
cte sunt: vt nemo ex hac gratia quasi de singularitate glo
rierur. Nullus se donuz veri luminis estimet habere prius
tum: quia in eo q̄ se habere precipuum putat sepe alter est
ditior quem habere apud se boni aliquid non putat. Unde
hic quoqz adhuc apte subiūgit. Siliiter aut̄ erat ⁊ in vesti
bulis fenestre p̄ gyrū intrinsecus. Postqz dixit fenestre in
frontibus: adiungit fenestras in vestibulis p̄ gyrum intrin
secus. Quia non solum alta sancte eccl̄e membra q̄ promi
nent habent contemplationis gratiam: sed plerumqz hoc
donum etiā illa membra percipiunt: que ⁊ si iam p̄ deside
rium ad summa emicant: tamen adhuc per officium in ima
laet̄. Nisi et his qui despecti vidētur omnipotens de⁹ lumen
contemplationis infuderit: fenestre in vestibulis non fuis
sent. Videmus itaqz alios in summis locis sc̄te ecclesie con
stitutos alta de celestibus loq̄: miro studio inquātū illustra
ta mens sufficit supne patrie secreta rimari qz fenestre sūt
in frontib⁹. Alii hō in sc̄te ecclesie situ cōtinent: ⁊ despecti
humanis oculis videntur: sed apud se sapientie studis va
cant ad celestia anhelant: atqz in quantum preualent: q̄ sunt
gaudia eterna considerant: fenestre itaqz oblique sunt: sicut
vestibulis. Bñ autē dī p̄ gyrū: qz om̄ ⁊ inquisitio secreta
rum rerum gyrum habet: dum in cogitatione sua dicit ani
mus. putas ne hoc illud est: quasi circuit vt inueniat quod
querit. Cui cum incircumscrip̄tum lumen erumpere in cog
itatione ceperit: quasi per obliquā fenestram radi⁹ veri
tatis venit. Sic quippe in contemplationem nostrā multa
cogitationib⁹ circūeūdo pficiunt: sicut exēpla bonozū sepe
querim⁹: vt in morib⁹ pficiam⁹. Nā cū tā cogitat animus
ad meliora transire: q̄quid meli⁹ de alijs audire possit ex
quiri: nūc hui⁹: nūc sc̄ti alteri⁹ vitā ventilat. Un̄ ⁊ electus

Textus.

Liber secundus

ps. xxvi.

Textus.

Apoc. vii.

Mat. vij.

Joh. xiiij.

quidā qui in expanso riuo sancte ecclesie p̄ vn̄uersum m̄-
dum mentis oculos miserat: bonorum vitam ad imitatio-
nem requirens dicebat. Circuibo ⁊ inuolabo in tabernacu-
la dei hostiā iubilationis. Eccevt immolaret iubilationis
hostiā circuibat: q̄ nisi animam huc illucq; ad bonorum
vitam exquirendam mitteret: ipse vsq; ad iubilationis sa-
crificium non perueniret. Cum vero sc̄ti viri intra ecclesiam
ad loca summa perducuntur: eorū vita quasi in speculo po-
nitur: vt cuncti videant bona que debeant imitari. Unde
adhuc apte subiungitur. Et añ̄ frontes pictura palmarum.
Quid per palmas: nisi p̄m̄ia victorie designātur: Ipse q̄p̄-
pe dari vincibus solent. Unde de his quoz q̄ in certam-
mine martyriū at̄iquum hostem vicerāt: et iam victores in
patria gaudebāt: sc̄i scriptum est. Et palme in manibus eoz
et clamabant voce magna dicentes. Salus deo nostro qui
sedet super syonum: ⁊ agno. Palmas quippe in manibus
tenere est victorias in operatione tenuisse. Cui⁹ operatio-
nis palma ibi retribuet: vbi iam sine certamine gaudebit.
Uñ ⁊ hec nō d̄f palme at̄e frōres: s; at̄e frontes pictura pal-
mar. Ibi enī victorie palma videbitur: vbi iā sine fine gau-
debit. Nā hic plerumq; sanctos viros aspiciamus mira age-
re: virtutes m̄ras facere: leprosos m̄dare: demonia eice-
re: tactu egritudinis corpora sanare: prophete sp̄i ventus-
ra predicere: cuncta itaq; hec necdū palme sunt: sed adhuc
pictura palmarum. Nam hec aliquādo dātur et reprobis
Uñ ⁊ per euāgelium veritas dicit. Multi dicent mihi in il-
la die: dñe dñe: nōne in nomine tuo p̄phetauimus: ⁊ in tuo
nomine demonia eiecimus: ⁊ in tuo noīe virtutes multas
fecimus: Et tunc confitebor illis: q̄ nūq; noui vos: disce-
dite a me qui operamini iniquitatē. Unum vero signū elec-
tionis est soliditas charitas: sicut scriptum est. In hoc sc̄it̄
tur quia discipuli mei estis: si dilectionem habueritis ad in-
uicem. hec autem miracula cum electi faciunt: longe disti-
militer a reprobis sūt: q̄ qd̄ electi ex charitate: hoc repro-
bi student agere p̄ etationē. Sed eisdem electis ipsa mira
que per charitatem faciunt non iā palme sunt: sed adhuc
pictura palmarum: q̄ de eis foris ostenditur: quales apud
omnipotentem dominum intus habeant. Ibi autē eis palme

Homelia. xviij. Fo. cxxi.

ma erit: vbi iam mortis contentio non erit. Nam predicator egregius tunc asperit palmam veram vincentibus dari: cum resurrectionem preuidit mortuorum fieri sicut dicit *i. Cor. xv.* Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem. tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. vbi est mors victoria: vbi est mors stimulus tuus. Tunc erit perfecta victoria: cum mors plene fuerit absorpta. In omne autem quod modo mirabiliter de signis agi conspiciamus non iam ipsam victoriam: sed adhuc imagines victoriae videmus. Quia plerumque sanctis etiam et in locis sublimioribus positus ut ab bona opera alij prouocentur virtutes et signa dantur. ante frontes interioris edificij palmarum pictura ostenditur. hec hodierno die tractata sufficiant: ut ad ea que subiuncta sunt valentiores adiuuante domino nostro iesu christo veniamus. Qui vivit et regnat: &c.

Homelia. xviij.



Eduxit me ad atrium exterius et ecce gazophylaria et pavementum stratum lapide in atrio per circuitum. Triginta gazophylaria in circuitu pavementi: et pavementum in fronte portarum secundum longitudinem portarum erat inferius. Et mensus est latitudinem a facie porte interioris usque ad frontem atrij interioris extrinsecus centum cubitos ad orientem et aquilonem.

Liber secundus

Dostis de cōtēplationis gra obliq̄ fenestram
insinuās ppheta multa locut⁹ ē: educū se ex-
teri⁹ dicit: ⁊ gazophilatia vidisse cōmemorat
In q̄b⁹ gazophilatia ad aliud q̄ doctorū sciē-
tia designat. S; recte hac i re q̄ri pōt. cū do-
ctores sc̄i spiritualia atq; interna doceāt: cur ppheta edu-
ctū se exterius dicit ⁊ gazophi-
latia foris vidisse? S; sciētia
est q; alia est contēplatio que tm̄ videt quātum dicere non
valet. alia vero scientia atq; doctrina que tantū videt quā-
tum expr̄imere per linguam possit. In comparatione quip-
pe illius luminis quod voce expr̄imi non pōt: quasi hoc so-
lū foris est quod expr̄imi voce potest. Sit itaq; Et educū
me ad atrium exterius et ecce gazophilatia ⁊ pavimentū
stratum lapide in atrium per circuitū. Quia sermone greco
philat⁹ seruare dicitur: et gaza lingua persica diuitie voca-
tur. Gazophilatium loc⁹ appellari solet in quo diuitie ser-
uantur. Quid itaq; per gazophilatia designatur: nisi vt
diximus corda doctorum sapiētia atq; sciētia diuitis plē-
na: Quia iuxta pauli vocem alij datur per spiritū sermō
sapiētie: alij sermo scientie in eodem spiritu. Sunt enim
quidam qui per donum gratie et ipsa intelligunt que expo-
ni a doctoribus non audierunt. hi videlicet sermonem sa-
piētie perceperunt. Et sunt quidā qui per semetipso in-
telligere audita nequeunt: sed ea que in expositioribus te-
gerunt retinent: atq; scienter proferunt que lecta didicerunt
Un itaq; isti nisi sermōe scientie pleni sunt? Quis hoc in-
ligi ⁊ aliter possit: q; sapiētia ad vitā: sciētia ho-
doctrinā. Quisq; bñ viuū ⁊ prudenter predicat: gazophi-
latium spiritualis edificij recte notatur: q; ab eius ore ⁊ cele-
stes diuitie dispensantur: his diuitiis abūdare discipulos
ides magister gētū viderat cū dicebat. Diuites facti estis
in illis: in omni verbo: et in omni scientia. Sunt itaq; in san-
cte ecclesie edificio constructa gazophilatia: q; abundat in
uirtus scientie lingua doctorum. has veras ē diuitias ipse
per se veritas denunciat: cum de transitorio diuitiis dicit.
Fallacia diuitiarum suffocat verbum scientie. Sapiētia
eternam atq; scientia doctrine spirituales vere sunt diuitie:
quorum comparatione que transire possunt false uouuntur

Textus.

i. Cor. xliij.

i. Cor. l.

Mat. xliij.

Homelia. xlviii. Fo. cxxij.

tur. De his diuitiis per salomonem dicitur. Thesaurus de siderabilis requiescit in ore sapientis. Excepto autem eo quod ad eternam patriam diuitie spiritales ducunt: est eis a terrenis diuitiis magna distantia: quia spiritales diuitie erogate perficiunt: terrene autem diuitie aut erogantur et desiciunt: aut retinetur et vitales non sunt. Qui ergo has ille veras diuitias continent: recte gazophylata nominantur. Et habent ipsa gazophylata pauimentum per circuitum: quia eis adheret ac subiacet humilitas auditorum. Quod pauimentum recte stratum lapide in atrium dicitur quia in latitudinem charitatis vicissim sibi iuncte sunt anime fideles. Que et lapides appellantur pro fortitudine fidei: et strate in pauimento sunt in compage humilitatis. His fidelissimos petrus apostolus fortes in fide conspexerat: cum dicebat. Et vos tanquam lapides viuus superdificamini domos fidei. Pet. ij. Spiritales. De his lapidibus sancte ecclesie dominus per Esaiam dicit. Ponam iaspidem propugnacula tua: et portas tuas in lapides sculptos: vniuersos terminos tuos in lapides desiderabile: omnes filios tuos doctos a domino. Omnipotens enim deus sancte ecclesie propugnacula iaspidem (quod lapidis viridis coloris est) posuit: quia predicatores illuminantes interne viriditatis more solidant: et transitoria cuncta despiciunt: nihil in hoc mundo quod sine claudatur appetant: cuncta eius gaudia velut arida continent. Unde et ipse pastor ecclesie auditores suos ad pascua eterne viriditatis vocans: de deo loquitur dicens. Secundum magnam misericordiam suam regeneravit nos in spem viuam. per resurrectionem Iesu christi ex mortuis: in hereditatem incorruptibilem et incontaminatam: et inaccessibilem conseruatam in celis. huius sancte ecclesie porte in sculptos lapides ponuntur: quia hi per quorum nos vocem ad vitam eternam ingredimur: sancta opera que diuinitus precepta sunt dum in semetipsis ostenderent: quasi in se sculpta tenerunt. Porte etenim non sculpte sed pure essent si vocem quidem promerent: sed sciam in se opera non demonstrare. Et vbi scilicet hoc se ostendunt viuere quod loquitur: porte sunt: quia intus dicunt: et sculpte quia viuendo custodiunt quod a aliis loquitur. huius sancte ecclesie vniuersos terminos in lapides desiderabiles

Q. Q. ij.

Liber secundus

Et. III.

Textus.

positos videm⁹: dū in ea fideles quosq; fortes in fide ⁊ cō-
ritate conspicimus: q̄ (vt quos dixerit lapides demonstrā-
re) adiunxit. Oēs filios tuos doctos ⁊ domino. Quod ergo
Esaias vniuersos ecclie terminos desiderabiles vidit: hoc
Ezechiel pauimentum lapide stratum p̄ circuitū esse phis-
buit: ⁊ adhuc de gazophilatijs subdit. Triguira gazophi-
latis in circuitu pauimenti. Denarius numerus p̄ perfe-
ctione semp̄ accipitur: qz in decē p̄ceptis legis custodia cō-
tinet. Actiua etenim ac cōtēplatiua vita simul in decalogi
mandatis cōiuncta est: qz in ea ⁊ amor dei ⁊ amor seruari
primi iubetur. Amor quippe dei ad cōtēplatiuā amor
vero primi peruenit ad actiuam. S; vnusquisq; doctos
in actiuam vitam plene se dilatat: atq; in cōtēplatiuam
vigilanter surgat: in sancte trinitatis fide debet esse perfe-
ctus. Unde ⁊ eadem gazophilatia triginta esse commemo-
rantur: vt cum denari⁹ ter ducitur: vita ⁊ lingua doctos in
trinitate solidetur. S; hac in re illud nobis est vigilāter
intuendus: q̄ propheta dū gazophilatia descripsisset: ad-
iunxit. Pauimentum per circuitum. Atq; inferius subiu-
xit. Gazophilatia in circuitu pauimenti. Quatinus et ga-
zophilatia in circuitu pauimenti: et pauimentum in circui-
tu gazophilatorum esse videatur. Pauimentum quippe ⁊
gazophilatia eo sūt ordine distincta: vt gazophilatia inter
pauimētum: et pauimētum inter gazophilatia fuerit stra-
tum. Non hoc fratres sine magno mysterio est q̄ in circui-
tu gazophilatorum dicitur esse pauimentum: et in circui-
tu pauimenti narrat esse gazophilatia. habet enim pau-
imentum in circui-
tu gazophilatia: qz vita audientium eru-
dit quotidie: ⁊ custodit linguam doctorum. Doctores eni
boni in sancte eruditionis verbis modo fomentis dū
cedunt: modo asperitati increpationis inuigilant: vt audi-
torum suorum vitam a vitijs defendant. Sed habent ipsi
quoq; gazophilatia in circui-
tu pauimētum: quia sepe etiā
doctorum cor vitiorum tentationibus tangitur: vt modo
eleuentur iactationis superbia: modo tre stimulis inflam-
metur. Sed cum bonorum auditorum vitam considerant:
eantq; profecisse suis exhortationibus pensant erubescunt
tales non esse quales auctore deo per se conspiciunt alio

Homelia. xliij. Fo. cxxiij.

factos esse: et ante se in mente etiam stabiliunt q̄ plene in
culpam labantur. Nam cum ipsa sua doctoribus verba ad
memoriam reducant: erubescunt nō seruare quod dicunt.
Unde per salomonem quoq; dicitur. *Via laborantis labo-*
rat sibi: q̄ compulit eū os suum. Os enim nostrū nos com-
pulit ad laborem: quando per hoc q̄ diximus a vitis re-
frenamur: q̄ turpe nimis est ibi nos negligēdo cadere: vñ
de predicando conati sumus alios leuare. habent ergo sa-
sophilita in circuitu pauimētum: q̄ doctorum magna cus-
todia est vita venerabilis auditorum. Et suus ei sermo fit
in auditorio quia erubescunt pulsantibus vitis non resiste-
re q̄ contra vitia alios armauerūt. Q̄ enī q̄diu in hac vita
vitiū: cōtra malignos spūs q̄ aliud q̄ in acie stam: Si
cut p̄dixim⁹ doctoris anim⁹ forsitā aliq̄ elatione pulsatur.
Sz siue ne ipse peat: seu ne per exēplū suū alios ad p̄ditio-
ne trahat: vigilanter se ⁊ festine circūspicit: in cogitationis
bus remordet. Adducta auditorum suorum vita ad memo-
riam semetipsum humiliat: ⁊ quibus preualet modis agit:
ne elatio princeps in mēte: ne dñetur l' opere. Scriptū q̄p-
pe est. Inuitū ois pcti supbia. Quis ergo añ dei oculos fru-
ctus boni opis: si ex radice putruit relatiōis: Sepe vt p̄dit-
ciū est eius animus tērat ex ira sed citius ad circūspicien-
dum recolligit: ⁊ disciplīne pōdere depumens agit ne mo-
tus animi trāseat in sermōe: ne erūpat in voce. fitq; vt tra-
perturbati animi vbi per negli gentiā oritur: vbi per iudic-
ciū suffocata moriatur. Quis ex re agitur vt excepta culpa
animus virtutes pariat: qui et si se fortiter custodire nolu-
it. Unde bene per salomonem dicitur. Melior est patiens
viro forti: et qui dominatur animo suo expugnatore vrbū.
Patens pre fertur: quia in illa actione victorie. homo vi-
ctor est hominum. In hac autem mansuetudine patientie:
animus victor est suus. Sequitur. Et pauimentum in fron-
te portarum secundum longitudinem portarum erat in fe-
rius. Si portarum longitudinem ad locum referimus in q̄
porte fuerunt structe scōm longitudinē portarū pauimen-
tū erat inferi⁹ q̄ q̄tū tenere loc⁹ portarū poterat: tñ tene-
bat ⁊ pauimētū q̄ erat inferi⁹. Lōgitudō ḡ pauimēti a por-

puer. xyl.

Eccli. ix.

puer. xvi.

Textus.
B

Q. iiij.

Libri secundus.

is non erat dissimilis: sed tamen equalitas pauimēti non erat cum portis. Quia ergo pauimēti cum portis longū silitur erat sed equale non erat nisi quod longe distat vita populorum a vita doctōrum. Quia et si ad regna celestia tendentes eandem longanimitate spei habet: eandem vero viuēdī studia non habet. Tunc dat & pauimēti silitur in longū: quia ipsam fidē ipsam spē in se retinet auditores quā hīce certū est p̄dicatores. Sed pauimēti inferi⁹ iaceat: ut oēs auditores p̄dicatores suos longe suis meritis antecedere cognoscāt. Sin vero longitudine portarum ipsam sicut superius diximus earum altitudine intelligere debemus: dū sicut paulo post scriptū est ad portas gradibus ascendebatur: tanto pauimēnum iacet inferius: quāto vnaqueque porta surgit in altitudinem. Quia quāto sanctior est vita doctoris tanto fit hūilior sens⁹ audienti. Et semet ipsum despicit dum predicatoris sui vitā in magna surgere altitudine perpēdit. Imitari etenim bona et alia forsitan potest: alta non potest. In quibus preualet proficit in quibus minime preualet ad humilitatem crescit. Et hoc ipsum ergo ei in profectu est: quod ei mirabile ad profectum non est. Ecce enim predicatorum nostrorum ea que legitimus dicta et facta pensemus: et in quantā altitudinem surrexerint porte cognoscimus. Ut enim taceamus de ostensione signorum loquemur de virtutibus cordium. Certe paulus qui se legi morum p̄ legem dicit: quia ve in christo crederet ei hoc et lex ipsa p̄dicauit magno fidei ardore successus precepta legis tenere carnaliter noluit circumcissionem in gentibus fieri veruit. Et cum petrus a plius seruari adhuc in circuncisione legis consuetudinem vellet ei in faciem restitit: eumque hac in re fuisse reprehensibilem dicit. Et in hoc eius studium discipulis loquēs non solū culpas pauimēti sed quod est magis hypocrisis. i. simulationē nolas dicens. Cum venisset petrus antiochiam: in faciem ei restitit quia reprehensibilis erat. Et paulo post. Et simulationem eius consenserunt ceteri iudei. Idem vero apostolorum petrus detraxi pauli scriptis agnosceret dicit. Sicut charissimus frater noster paulus secūdū datam sibi sapientiam scripsit vobis: loquens in eis de his in quibus sunt quedam difficultates.

Rom. viij.

Gal. v.

Gal. ij.

1. Pet. ij.

Homelia. xviii. Fo. cxliij.

lia intellectu que indocti & instabiles deprauiant sicut ceteras scripturas: ad suam ipsorum perditionem. Ecce paulus in epistolis suis scripsit petri si reprehensibile et ecce petrus in epistola sua asserit paulum in his que scripserat admirandum. Certe enim nisi legisset petrus pauli epistolas non laudasset. Si autem legit: quod illic ipse reprehensibilis dicitur inuenit, Amicus ergo fratris laudauit etiam quod reprehensus est: atque et ad hoc ipsum placuit: quod in his non placuerat quod aliter quam de buerat sentit. Sed etiam minori fratri ad consensum dedit: atque in eadem re factus est sequens minoris sui etiam ut in hoc preiret quasi unus qui primus erat in apostolatus culmine: esset primus et in humilitate. Pensate ergo fratres charissimi in quo mensuris iustitiae stetit qui illas epistolas laudauit in quibus scriptum se imperabilem inuenit: que illa mansuetudo tanta esse potuit que quies animi: que soliditas atque imperturbatio cogitationis. Ecce a minore suo reprehenditur et reprehendi non dedignatur. Non ad memoriam reuocat quod primus in apostolatum vocatus est: non quod claves regni celestis acceperit non quod peccata quecumque in terra soluerit: essent soluta et in celo non quod in mare pedibus ambulauit: non quod paralyticos in Jesu nomine iubendo erexerat: non quod egros corporis sui sanauerat: non quod mentientes verbo occiderat: non quod mortuos oratione suscitabat. Ne igitur increpationis uerba dedignaretur audire omnia dona que acceperat: quasi a memoria repulit: ut unum fortiter humilitatis donum teneret. Quis ergo nostrum uel si extremum aliquod signum fecisset. a minori fratre increpatus: increpationis uerba patienter audiret. Nihil enim signi fecimus. Et si quis nos fortasse de actione nostra reprehenderit: statim tumescimus: magnos quosdam nos taciti cogitamus uirtutes nobis ad animum deducimus etiam quas non habemus. Et contra petrus cum uirtutibus humilis in reprehensionibus permansit: sed porta surrexit in altitudinem. Hanc autem tantam mansuetudinem nos imitari non possumus: sed quia pauper sumus: longe inferius latemus. Sunt uero nonnulli qui non petrum apostolorum principem: sed quemdam alium eo nomine qui a paulo est reprehensus accipiunt. Qui si pauli studiosius uerba legisserent ista non dicerent. Dicitur etenim paulus cum uenit:

Q. Q. iij.

Gal. ii.

Liber secundus.

Ibidem

i. pe. i.

Ibidem.

ij. Cor. xl.

psal. liij.

set, petrus anthiochiam: ei in faciem restiti: vt de quo petro loqueretur ostenderet: in ipso. sue narrationis initio petrus misit: dicens. Creditum est mihi euangelium preputi: sicut petro circuncisionis. Qui enim operatus est petro in apostolatum circuncisionis operatus est et mihi inter gentes. Patet ergo de quo petro Paulus loquitur: quem et apostolus nominat et preuisse euangelio circuncisionis narrat. Et fuerunt quidam secundum quod petri epistola: in qua epistole pauli laudate sunt: eius dicerent non fuisse. Sed si eiusdem epistole verba pensare voluissent: longe aliter pensare potuerunt. In ea quippe scriptum est. Voce delapsa ad eum huiusmodi a magnifica gloria. hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Atque subiungitur. Et hanc vocem nos audivimus cum essemus cum ipso in monte sancto. Legat itaque euangelium et primum cognoscunt quia cum vox ista de celo venit: petrus apostolus cum domino stetit. Ipse ergo hanc epistolam scripsit: qui hanc vocem in monte de domino audivit. Sed quia pauca de petro diximus: nunc si placet ad pauli mansuetudinem convertamur: et pensemus si possumus ille quantum ardoris est in zelo predicationis ut apostolorum quos primo non parceret: quate sit mansuetudinis in studio longanimitatis. Taceamus autem quod ter virgis cesus est: quod semel lapidatus est quod ter naufragus fecit: quia nocte ac die in profundo maris fuit: quia a iudeis quinquies quadragenas vna minus accepit. Minus enim animum ad iracundiam commouent ea mala que nobis ab apertis aduersariis irrogant. hoc plus solet dolere quod a proprijs patimur. Unde et per psalmistam ipsa veritas contra conditorem suum loquitur dicens. Quoniam si inimicus meus male dixisset mihi: suppottassem utique. Tu vero vnanimis dux meus et notus meus: qui simul mecum dulces capiebas cibos. Presens ergo si possumus paulus apostolus qui tantum patiens inter persecutores: quantum mansuetus inter discipulos fuerit. Certe corinthios veniens ab idolo seruitio corinthios retraxit: quos esset verus deus innotuit: eterne eius vite gaudia predicauit. Et cum magna multitudinem populi in fide collegisset: tantam illi inopia preiulit: ut victus suis graui necessitate laboraret. Et pane terre a discipulis non accepit: quibus panem celi predicauit. Insistebat verus

Homelia. xliij. Fo. cxxv.

bo p vita audientium: insistebat labori manuum p vita cor-
poris sui. De terris quoq; alijs stipēdia ei a discipulis mī-
tebantur: vt corinthijs predicare sufficeret. Ipse quoq; ad
eosdem corinthios post per epistolam loquitur dicens. Cū
essem apud vos & egerem: nulli onero sus fui: nā quod mi-
hi deerat suppleuerunt fratres qui venerūt a macedonia.
Quibus ad magnum quoq; improperium premisit dicens.
Altas ecclesias spoliati: accipiens stipendū ad ministeriū
vestrum. Pensemus ergo si possumus cuius hoc mansuetu-
ditis fuerit: panem spiritus predicare: et panem carnis nō
accipere: corda audientium de diuitijs eternis instruere: &
inter eosdem discipulos fideles & abundātes fame labora-
re: inter satiatos pati inopiā: nec tñ quod patiebat dicere:
nec tñ dolere: videre dura erga se corda audientium tenacit-
er a predicatione desistere. Nam sicut apostolorum acta
testantur: anno & sex mensibus continue in eadem ciuitate
predicauit. Cumq; ab eisdem corinthijs recessisset ad eos
postmodum scribit quod apud eos positus pertulit: Ne qđ
re autem hoc eis cū inter eos viueret nunq; dixit: Ne qđ
erga eum factum ex bona voluntate nō fuerat: fieret ex in-
sione. Et cum innotesceret eorum miseria remaneret volū-
tas ignota. Quare autem hoc postmodum longe positus scri-
bit: Ne omnimodo discipuli incorrecti remanerēt & quales
magistro in tenacia fuerant: alijs quoq; fratribus tales nō
essent. Vere in hoc paulus vere magister gentium: sua negli-
gens: aliena curans: impleuit quod predixerat. Nemo qđ
suum est querat: sed quod alterius. Et non que sua sunt sin-
guli cogitantes: sed ea que aliorum. Quanta itaq; ista mā-
suetudinis virtus est: Quanta trāquillitas spiritus: Quis
autem nostrum si vnum huiusmodi diuitem ad omnipoten-
tiam dei seruitium conuertisset: seq; egere cōspiceret: et il-
lum sibi vite subsidia non prebere: non protinus de eius vi-
ta desperasset: Quis non incassum laborasse se diceret:
Quis non ab eius exhortatione obmutesceret: quem in se-
metipsum primum ferre fructum boni operis non videret:
Sed paulus per mansuetudinem in virtutum vertice solida-
tus persistit: predicauit: dilexit. et bonū quod ceperat ex-
pleuit: eaq; portando & persistendo discipulorum corda ad

i. Cor. liij.

ij. Cor. xij.

Ibidem

Act. xvij.

ij. Cor. xi.

i. Cor. x.

Libert secundus.

misericiordiam perduxit. Nam eorum profectus postmodum
scire se indicans: in eadem epistola scribit de ministerio quod
fit in sanctos. Ex abundancia est enim mihi scribere e vobis.
Scio enim promptum animu vestrum: pro quo de vobis glorio-
rior apud macedonas: quam achata parata est ab anno prio-
re: et vestra emulatio puocavit plurimos. De quibus rursum
ait. Qui non solum facere sed et velle cepistis ab anno prio-
re. In quibus enim non tam opera quam pia vota requirebat:
in eis proculdubio plus laudat pia vota quam opera. Notan-
dum nobis est quia habet impropertu hec ipsa consolatio:
cum dicitur ab anno prioze. Bonum quippe: sed tarde fece-
rant atque ideo hoc magister non sine reprehensione laudat.
Medicus quippe est: qui medicamentu vulneri apponit quod
et ea que purgata sunt refouet: et ea que putrida inueniunt
mordet. Sed hec tolerando atque predicado expleuit quod ce-
pit. Et mire longanimitatis virtus: discipulorum duricia me-
molluit ad misericordie viscera: quod longitudo porte surre-
xit in altitudinem. Sed infirmi nos ad imitandu tante man-
suetudinis longanimitate idonei non sumus: quod videlicet pa-
uimentu sumus: et despecti in nostris moribus iacemus. Ec-
ce autem dum de duobus ducibus celestis exercitus loquitur
martyr quod Stephanus memorie occurrit: qui tetus pro-
creatoris sui nomine: et in medio persecutorum deductus:
imperterritus stetit fiducialiter docuit: et ex zelo veritatis
persecutores suos fortiter increpauit: dicens. Vos semper
spiritui sancto resististis. Cumque illi ad lapides current:
flexo genu pro eisdem persecutoribus orauit dicens. Domine ne
statuas illis hoc peccatu. Que itaque ista virtus est: sic zelo
feruere: vt eis a quibus terrebat phidie impropertis fiducia
liter diceret: et sic diligeret vt in morte quoque pro eis a qui-
bus moriebat oraret: Sic quippe ex zelo inferuuit: ac si man-
suetudinis nihil haberet. Et sic mansuetus in eorum dilectione
pstitit: ac si contra eos feruoris nihil habuisset. Pefemus in-
ter hec vbi in se scientie reatus iacet. Quis ei nostru si falsu
vbi etumelia a primo acceperit non confundit: comouet non
ad odium erupit: non preceptu dilectionis obtulit: Sed hoc
Stephanus ex omnipotentis dei gratia potuit: quod surgens in altitudi-
nem porta fuit. hoc nos miseri nostra virtute imitari non possumus

ii. Cor. ix.
Ibidem

Act. vii.

Homelia .xviii. Fo. cxxvi.

mus: quia longe interius sicut pavimentū iacemus. Quid
aut nos in vita sanctorū de nostra admiratione dicimus:
cum ipsi quoq; antiqui patres predicatorū sancte ecclesie
vitā cōsiderantes valde admirati sunt? An non eorū vitā
psalmista admiratus est cum dicebat. *Adhī aut valde ho-*
norati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principat⁹
eorum. Quod de quibus eius amicis dicat euangelist⁹ inter
roga in quo vitas predicatorū dicit. Vos amici mei estis
Etias quoq; eorum vitā intuens: ait. Qui sunt isti qui vt
nubes volant: et sicut columbe ad fenestras suas: Recte au-
tes predicatorēs sancti nubes appellati sunt: quia vbi pluuit:
miraculis conuiscant. Qui volare quoq; vt nubes dicuntur:
quia in terra viuentes extra terrā fuit omne quod egerunt
Unde et per quandā nubē dicitur. In carne em ambulātes
nō secundū carnem militamus. Priores enim patres cōi-
gisse vtēbant: filios pcreabant: substantias possidebāt: cur-
ris rei familiaris instēdebant. Istos autem pphetie ias spi-
ritū pcedētes substantias deferere: nihil in terra querere:
nil possidere inō eos vel homines per terram ambulātes.
sed nubes volantes nominat. Volant enim qui terras quas
si nō rāgunt: qz in ipsa nil appetunt. Qui et ad fenestras sus-
as quasi colūbe sunt: qz pro māserudinis sue spiritu in hoc
mūdo per oculos nil cōcupiscūt. Cōsideremus ergo quante
altitudinis iste spiritalis edificij porte sunt: quas et spirita-
les patres admirant: qz nos in earū admiratiōe humi-
llare necesse est: q pavimentū sumus. Sed qz sub longitu-
dis appellatiōe altitudinē portarū audiūm⁹: nūc aliquid
de earū latitudine cognoscāmus. Sequit. Et mēsis est lati-
tudinē a facie porte inferioris vsq; ad frontē atrij interio-
ris extrinsecus: centū cubitos ad orientē et ad aquilonē. In
quibus vobis si portā aditū accipimus quo ad cognitiōnē
dm intram⁹. Porta inferior fides est: atrij vero interius cō-
teplatio. Habet aut porta inferior latitudinē in facie: qz vt
delicet fides per charitatis sue amplitudinē habet eā qv-
det a primis operationē. Quā dum fortiter a perfectioris
bus agi cōspicimus: nos qui in bonis actibus angustamur
exēpla p eos magne operationis accipimus. Et vnaqueq;
sancta actio quasi quedā nobis fit latitudo itineris que pri⁹

psal. cxxxviii
Johan. xvi.

Esa. lx.

i. Cor. x.

Textus. C

Libert secundus.

Mat. xix.

erat angustia difficultatis. h3 quoq; atriu interius frontē,
q; cōtemplatiua vita per quedā signa desiderioſū & gemi-
tuum oñdit q̄tum intus videat: q̄ tm amat. Denarius autē
numerus p̄ ſemetipſum multiplicatus in centenariū ſurgit.
Unde recte p̄ centenariū magna p̄fectio designat: ſicut de
electis dicit. Omnis qui relinquit domum vel fratres: aut
fotores: aut patrem: aut matrē: aut vxorē: aut filios: aut
gros p̄pter nomen meū centuplum accipiet: & vitam eter-
nam poſſidebit. Neq; eni ſanctus quiſq; ideo terrena deſe-
rit: vt hec poſſidere in hoc mūdo multiplicius poſſit. Quia
quiſq; terreno ſtudio terram relinquit: terram non reli-
quit: ſed appetit. Nec qui vnam vxorē deſerit centum rece-
pturus eſt: ſed per centenariū numerum perfectio deſigna-
tur. Quia quiſq; p̄ dei noīe tēpotalia atq; terrena p̄ſentit:
& hic perfectionē mentis recipit: vt iam ea nō appetat que
cōtemnit: & in ſequenti ſeculo ad eterne vite gloriā puenit.
Centies itaq; recipit quod dedit: qui p̄fectionis ſpiritu ac-
cipiens terrenis non indiget: etiam ſi hec nō habet. Ille au-
tem pauper eſt: qui eget eo quod nō habet. Nam qui & nō
habes habere nō appetit: diues eſt. Paupertas appete-
re nō in q̄titate poſſeſſionis. Nā cui in pauper-
tate bñ cōuenit: nō eſt pauper. Mēſus eſt ergo v̄ latitudi-
nē a facie porte inferioris: vſq; ad frontē atrii interioris ex-
trinſecus centū cubitos. Quia redēptor noſter quotidie p̄
magiſtros atq; doctores in mēſura p̄fectionis metit̄ v̄iā ſe-
delium: vel in ſpecie boni operis per fidē vel in ſanctis deſi-
derijs per cōtemplationē. Multi etenim vident in fide po-
ſiti magna operari: ſed in centum cubitis non menſurātur:
quia p̄ ipſa que faciunt terrenā gloriā querunt. Et quidā
videntur per abſtinentiā cruciari: gemitibus inſiſtere: ſed
eorum menſura ad centū cubitos minime ducit: q; in hiis
agunt ab humano iudicio fauores requirūt. Quis ergo eſt
qui p̄ centū cubitos mēſurat: niſi is cuius bona operatio re-
cta intētionē vti: vt in eo quod agit non ad terrenā lucra
appetenda: aut ad laudes tranſitorias reflectat. Ecce eni
miſericordiā pximis exhibere: poſſeſſa largiri: cum celerit̄
tate indigētī tribuere: latitudo in facie porte inferioris eſt.
Sed ſi tua dans aliena non appetas: ſi terrenam gloriā

Homelia .xviiiij. Fo. cxxviiij.

De ipso bono ope nõ redgas: recte in cętenario numero. i. in
pfectione męsuraris. Nā q̄ videt dare misericorditer pro:
pria: r̄ rapit forsitā violēter aliena: iste adhuc q̄ sit via per
fectionis ignorat. Nec cognouit vñ ad pfectionē tenditur:
q̄ nec ipm̄ eius iniuriū inuenit. Prius enī appetitū euellere
a mēre debuit et postea q̄ iure possidet largiri. Vñ scriptū
est. Declina a malo r̄ fac bonum. Quid enim pōt esse boni
quod fecit: qui necdū a malo declinauit? Et sunt quidam **ps. xxxij.**
qui sicut dicitur est ab alimentis abstinēt: carnem cruciāt
Sed tamen si pulsati fuerint cognoscuntur: quia ad mun:
di gloriā anhelant: isti frontem atrij interioris ostēdūt:
sed per centum cubitos non męsurātur. Hic ergo in nume
ro perfectionis sunt: de quibus p̄ paulum dicitur. Qui car **Gal. v.**
nem suā crucifixerūt: cū vitijs r̄ cūcupiscētijs. Et notādus
q̄ nõ d̄r q̄ intrinsec⁹: s̄ extrinsec⁹ ista męsurātur. Q̄: vide
li cet redēptor nr̄ cū per nos facta hoim̄ vel approbat: vñ in
dicat: nõ intrinsecus metit: vñ r̄ per euāgeliū dicit. Ex fru **Mat. vij.**
ctibus eorū cognoscetis eos. Q̄: enī per hoc q̄ videmus
cognoscimus operantis animū que nõ videmus: siue lati
tudinē q̄ in facie p̄te est inferioris: siue frōtē atrij interio:
ris extrinsecus metimur. Cū enim alios cōspicim⁹ largiri
elemosinam: afflicto occurrere: opp̄sso subuenire: nihil eos
in hoc mūdo gl̄ie q̄rere: nullis hui⁹ mūdi cōpendijs inhiā:
re. Atq̄: alios videmus carnē domare: lachrymis insiste:
re: verbis celestibus occupari: nihil transitorij honoris ap
petere quid aliud debemus: nisi eos perfectos esse crede
re: sanctos estimare: quia ergo per hoc quod asp̄cim⁹ eos
perfectos esse videmus: eorū vitam per centum cubitos
extrinsecus metimur. Et quis multi in iudea: pleriq̄ vero
in gentilitate positi ad hanc perfectionis summam vene
runt: recte subiungitur. Ad orientem et ad aquilonem. Ju
daicus etenim populus oriens iure dictus est: de cui⁹ carne
ille est natus qui sol iusticie vocatur. De quo per prohe
tam dicitur. Uobis autem qui timens dominum orietur sol **Wasa. iij.**
iusticie. Per aquilonem vero gentilitas figuratur que diu
perfidie sue fr̄ igore torpuit: et in cuius corde ille regna
uit: qui attestante propheta apud semetipsum dixit. Po
nam sedem meam ad aquilonem Quia incarnatus ops de⁹ **Esa. xij.**

Liber secundus

alios perfectos ex iudea: alios ex gentilitate perfectos in terra sancta ecclesia fecit centum cubitos non solum ad orientem mensus est: sed etiam ad aquilonem. Sed quia sub aquilonis nomine de gentilitate sermo se intulit: considerare liber spiritus super nos effusa sunt viscera creatoris nostri. Omnes enim nos ex gentilitate venimus. Antiqui parentes nostri lignis et lapideis servulabant: et dereliquentes deum a quo facti sunt: deos venerati sunt quos fecerunt. Nos autem per omnipotentis dei gratiam ad lucem de tenebris venimus. Recolamus ergo de quibus tenebris venimus: et de luce quam accepimus gratias agamus. Neque enim divinam misericordiam intelligit: si sue misericordie memor non est. Unde et per psalmistam deo dicit. Mirificas misericordias tuas domine: quia saluos facias sperantes in te. Tunc enim nobis dei misericordie mirificatur: cum nobis et memoriam misericordie nostre reuocantur. Quae recolentes quid fuimus: intelligimus cui debemus quod sumus. Cantemus itaque cum gaudio creatori nostro: qui de seruitio creature cella mentis excussimus. Gaudeamus in nobis impletam esse quod per esaiam dictum est. Et frenum erroris ad erat maxillis populorum canticum erit vobis sicut vox sanctificatae solennitatis. Frenum quippe erroris maxillas populorum constrinxerat: quando idolorum errore obligata gentilitas: deo vero confessionis laudem dare nesciebat. Sed hoc ipsum erroris frenum iam nobis in canticum versum est: cum gaudentes psallimus atque cantamus. Omnes dum gentium demonis: dominus autem celos fecit. Et rursus. Simulachra gentium argenti et aurum: opera manuum hominum. Os habent et non loquuntur: oculos habent et non videbunt: aures habent et non audient: nares habent et non odorabunt. Manus habent et non palpabunt: pedes habent et non ambulabunt. Qui itaque hec omnipotenti domino psallendo dicimus: ipsum erroris nostri frenum quod a laude dei ora nostra ligauerat: vero domino canticum fecimus. Bene autem dicitur sicut vox sanctificatae solennitatis. Quia dum confessionis laudem deo reddimus: in sanctificata solennitate gaudemus. Recolamus ergo moribus tante misericordie redemptoris nostri: quod in terra cognouimus: prauiorum operum tenebras declinemus. Quia etiam rogo quod in hoc mundo liberemur: ubique luce aspiciamus: ubique semitas audimus. Destructe viues: euersa sunt castra.

ps. xvi.

Esa. xxx.

ps. ciiij.

Homelia. xlviii. Fo. cxxviii.

depopulati agri: in solitudine terra redacta est. Nullis in agris incola pene: nullus in urbibus habitator remansit. Et in ipse pue gentis humani reliquie adhuc quidie et sine cessatione feruntur. Et sine non habent flagella celestis iusticie: quod nec inter flagella correcte sunt actionis culpe. Alios in caritatem duci: alios detruncari: alios interfici videmus. Quid est ergo quod in hac libeat fratres mei? Si et talem ad huc mundum distigimus non iam gaudia: sed vulnera amamus. Ipsa autem que aliquando mundi domina esse videbatur: qualis remanserit roma: conspiciamus. Inveniens dolibus multipliciter attrita: desolatione civium impressione habet: frequenter ruina. Ita ut in ea completi esse videamus quod contra urbem samariam per hunc eundem prophetam Iosephus dicitur. Pone ollam: pone ignem et mitte in ea aquam et congere frusta eius in ea. Et paulo post. Effervuit coctio eius et discocata sunt ossa illius in medio eius: atque iterum. Congere ossa que igne succendam: consumentur carnes: et coquetur uniuersa compositio: et ossa tabescent. Pone quoque eam super prunas vacuum ut incalcescat et liquefiat es eius. Tunc enim nobis olla posita est: cum hec est civitas constituta. Tunc in ea aqua missa est: et frusta eius congesta sunt: quoniam ad eam undique populi defuebant: qui velut aqua calens actionibus mundi feruescerent: et quasi frusta carnis in ipso suo feruore liquarentur. De qua bene dicit. Effervuit coctio eius: et discocata sunt ossa eius in medio illius. Quia primum quidem in ea vehementer incaluit actio gentis sceleris: sed postmodum ipsa gentis cum suis sequacibus defecit. Per ossa etenim potentes seculi: per carnes vero populi designantur. Quia sicut carnes portantur ossibus ita per potentes seculi infirmitas regitur populus. Sed ecce iam de illa omnes huius seculi potentes ablati sunt: ossa ergo excocta sunt. Ecce populi defecerunt: carnes eius liquefacte sunt. Dicatur itaque. Congere ossa que igni succendam: consumentur carnes: et coquetur uniuersa compositio eius: et ossa tabescent. Ubi enim senatus: ubi iam populi? Contabuerunt ossa: consumpte sunt carnes: omnis in ea secularium dignitatum ordo extinctus est. Excocta est uniuersa compositio eius. Et tamen ipsos nos paucos qui remansimus: ad huc quotidie gladius: adhuc quotidie innumere tribulatio:

Eze. xxxii.

Ibidem.

Libet secundus

nes p̄mūt. Dicatur ergo. Pone quoq; eā super p̄tinas va-
cnam. Quia senatus deest populus interijt ⁊ tamen i pau-
cis qui sunt dolores ⁊ gemitus quotidie multiplicant iam
vacua ardet roma. Quid autem ista de hominib⁹ dicim⁹
cum ruinis crebrescentibus ipsa q̄q; destrui edificia vide-
mus. An apre de ciuitate iam vacua subditur. Incalefeat
et liquefiat ea eius. Jam enim et ipsa olla consumitur an-
qua prius et carnes ⁊ ossa cōfūnebatur. Quis postq; dese-
cerunt homines etiam parietes cadunt. Vbi autem sunt q̄
in eius aliquando gloria letabantur vbi eorum pompa. vbi
superbia: vbi frequens et immoderatum gaudium. Imple-
tum est in ea quod contra districtam niuiem per pro phe-
tam dicitur. Vbi est habitaculum leonum ⁊ pascua catulo-
rum leonum: an eius duces ac principes leones non erant
qui per diuersas mundi p̄uincias discurrentes p̄dam
seuendo: et interficiendo rapiebant hic leonum catuli in-
ueniebant pascua: quia pueri adolescentes: iuuenes: secu-
lares: et secularium filij huc vndiq; concurrerant cum pro-
ficere in hoc mundo voluissent. Sed iam ecce desolata est
ce contrita: ecce gemitibus oppressa est. Jam nemo ad eā
currit. vt in hoc mundo proficiat: iam nullus potens et vio-
lentus remansit qui opprimendo p̄dā diripiat. Dicam⁹
ergo. Vbi est habitaculum leonum: ⁊ pascua catulorum leo-
num. Contingit ei qd̄ de iudea nouimus per prophetā di-
ctum. Dilata caluitium tuum sicut aquila. Caluitium quip̄
pe hominis in solo capite fieri solet. Caluitium vero aquilę
le in toto corpore quia cum valde senuerit: plume eius ac-
penne ex omnibus membris illius cadunt. Caluitium ergo
suum sicut aquila dilatat: quis plumas perdidit que po-
pulum amisit. Alarum quoq; penne ceciderunt: cum quib⁹
extincti sunt per quos aliena rapiebat. Hec autem que de
romane vrbis contritione dicimus: in cunctis facta sunt
ciuitatibus scimus. Alia etenim loca clade desolata sunt
alia gladio consumpta: alia fame cruciata: alia terre hias-
tibus absorpta. Despiciamus ergo ex toto animo hoc p̄-
sens seculi: vel extinctum finiamus mundi desideria salu-
tem cum mundi fine: imitemur bonorū facta que possim⁹

Naum. q.

Homelia .xix. Fo. cxxix.

Quid orientem et aquilonem multi sunt qui pro perfectione vite centum cubitis mesurantur. Et iudea etenim et gens iherosolimitana sicut dictum est: ad sanctitatis culinam excreuerunt: Quis intelligi per orientem et aquilonem etiam iusti et peccatores possunt. Oriens quippe non immerito iusti nominantur: qui sicut in luce fidei nati sunt: in innocentia perseverant. Per aquilonem vero recte peccatores accipiuntur: qui meritis frigore lapsi sub peccati sui umbra torpuerunt. Sed quia omnipotentis dei misericordia etiam tales ad penitentiam reuocantur: compunctione et lacrimis lauetur virtutibus dicitur: usque ad perfectionis gloriam subleuat. Non centum cubitis solum ad orientem: sed etiam ad aquilonem: ducuntur dum cum iustis etiam peccatores per dona et penitentiam ad perfectionem veniunt.

Homelia .xix.



Dixit vero quod respiciebat viam aquilonis atrium exterioris mensus est tam in longitudine quam in latitudine et thalamos eius tres hinc et tres inde et frontem eius

et vestibulum eius secundum mensuram portae prioris: quinquaginta cubitorum longitudinem eius: et latitudinem viginti quinque cubitorum. Fenestre autem eius et vestibulum et sculpitur secundum mensuram portae que respiciebat ad orientem: et septem graduum erat ascensus eius. Et vestibulum ante

Liber secundus

eam: et porta atrii interioris contra portam aquilonis et orientalem. Et mensus est a porta usque ad portam centum cubitos. Et exduxit me ad viam australem: et ecce porta que respiciebat ad austrum. Et mensus est frontem eius et vestibulum eius iuxta mensuras superiores: et fenestras eius et vestibula in circuitu sicut fenestras ceteras: quinquaginta cubitorum longitudine et latitudine viginti quinque cubitorum: et in gradibus septem ascendebatur ad eam. Et vestibulum ante fores eius: et celate palme erant una hinc et altera inde in fronte eius.



Agna legentium debet esse discretus
vt in sacro eloquio cum quilibet vnus
sermo dicitur: non semper vna eandem
q; rem significare credatur. Sicut
liquando sol in bono: aliqui vero accipitur
in malo. Solis etenim nomine aliter
signatur dñs: aliqui persecutio. Atque
te autē libro sapientie in inferno ipse
dicuntur. Errantim? a vis veritate

Sapi. v.
Mar. iij.

Apoc. v.

i. pet. v.

Deut. xxxij.

nis et sol iusticie non luxit nobis. Et de tactis seminibus
minus dicit. Oro sole aruerunt. Quia videlicet facta per
cutione in reprobos cordibus pdicationis dñi siccant. Et
leo dñm signat. Unde scriptum est. Uicit leo de tribu iuda.
Sic leonis nomine diaboli similitudo exprimit: sicut p pastorē dñi.
Aduersarius vester diabolus sicut leo rugiens
circuit querēs quē deuoret. Sic bonis nomine sap iēs designatur.
Unde scriptū est. Nō iuges bouē et azinū. i. sapientē

Homelia. xix. Fo. cxxx.

stulto in predicatione non socius. Sic per bouem fatuus figuratur: sicut de eo qui in turpitudine amoris captus est dicitur. Statimque eam sequitur quasi bos ductus ad victimam. sicut fatuus trahitur ad mortem. hec igitur dixi ne quis porta significare dominum vel predicatorum: vel scripturam sacram vel fidem exposuit. Ubique iam in hoc propheta porta legitur: signare aliud non credatur. Cum enim de una porta propheta loqueretur recte fides intellecta est: quia una est omnium electorum fides. Cum vero alie porte nominantur intelligi que ascendantur ad sacramentorum spiritualium cognitionem. Nam portam per quam significare fidem diximus notandam nobis est quia inferior appellatur. In hac enim vita dum sumus quasi in imo positi adhuc inferiori tenemur. Et recte inferior porta fides est: quia nobis in terra positus aperit cognitionem dei. Itaque nunc dicitur. Portam quoque que respiciebat viam a quilonis atrii exterioris mensus est tam in longitudine quam in latitudine: et thalamos eius tres hinc: et tres inde. Et frontes eius et vestibulum eius secundum mensuram. porte prioris quinquaginta cubitorum: longitudinem eius et latitudinem viginti et quinque cubitorum. fenestre autem eius et vestibulum et sculpture secundum mensuram porte que respiciebat ad orientem et septem graduum erat ascensus eius et vestibulum ante eam. De porta que respiciebat viam a quilonis atrii exterioris ea ipsa replicantur que iam de porta a dicta superiori dicta sunt: atque alia subiunguntur que de predicta porta propheta tacuerat. Ut ergo de his latius disseramus que necdum discussa sunt debemus ea que dicta sunt sub breuitate replicare. Porta enim viam aquilonis respicit. cum predicator quoscumque vitam peccatorum agnoscit: etiam interiora vite per verbum predicationis aperit que porta atrii exterioris dicitur. Exterioris quippe est atrium vite prioris in qua omnes corporales agere corporales et videtur. Quam in longitudine et in latitudine mensuratur: quia cum ad fidem peccator ducitur: necesse est ut eius doctor consideret vel quantum ad longitudinem spei: vel quantum in latitudine charitatis ex eius admiratione proficiat. Qui enim ad deum conuertit si adhuc bona vite prioris sperat longitudinem non habet: quia breuis est vita in qua sperat

Puer. vij.

Textus.

Liber secundus

I. Thess. g.
Chl. iij.

posuit. Si per terrenorum concupiscentiam et adhuc primi odio
coangustatur: latitudinem non habet: quia nescit vel transito
ria continere vel se in primi amore dilatare. Cum vero con
uersus quisque eterne vite gaudia longanimitas sperat. primo
rum molestias cum charitate tolerat: et ea que non habet concu
piscere continet: longitudinem et latitudinem porta habet que glia
predicatoris est perfectus auditoris. Unde quibusdam per magnis
predicatore dicitur. Gaudium meum et corona mea. Et rur
sum. Ecce nunc uiuosi vos statis in domino. Atque iterum. Que est
nostra spes aut gaudium: nonne vos animi dominum? Longitudo ergo
et latitudo porte est que ad aquilonem respicit: quia cum in de
lem quepiam in peccati sui frigore torpescit predicator ad his
dem conuerterit: per hoc quod eum in longitudinem spei ren
dit et in amplitudinem charitatis dilatat: eius gloriam fa
cit. Et quia in cognitione sancte trinitatis ex verbo predicationis
auditores quique in eiusdem trinitatis amore proficiunt: habet
hec eadem porta thalamos tres hinc et tres inde: quia de
quod per testamentum nouum de trinitate conditor loquitur: hoc est
de testamento veteri ostendit. Et cor auditium in amore ces
lestis patrie perficit: ut anima inherens deo quasi sponsa con
sponso in quodam ista thalamo sedeat: atque se a terrenis desis
deriis funditus auertat. Vel certe ut longe superius dicitur
est: quia tres sunt ordines bene uiuentium: bonorum scilicet conu
gatorum continentium atque predicatorum. Et quia alij etiam in co
inguis positi amo: e celestis patrie anhelant: alij autem spe
e terni gaudij etiam carnem macerant. omnesque actus terrenos re
fugiant: et in cura huius seculi implicari continent: alij uero et
terrena bona despiciunt: et celestia gaudia predicant que cogno
uerunt. Quid isti nisi in spiritali edificio thalami sunt: in quo
rum cogitatione et meditatione anima celesti sponso ecclesia
tur: Quos tres bonorum ordines quia non solum ecclesia
ex gentibus habet: sed aliqui etiam synagoga habuit: dum ma
gna multitudo spiritalium redemptoris gratiam ardentius ex
pectauit: porta edificij celestis tres hic et tres inde thala
mos habet. Quia predicator quisque cum ad supernam patriam
ditorem puocat: et nouos patres et ueteres anhelasse celestia
desiderio demonstrat. Plus enim plerumque ex eplura quam ratione
nationis uerba compungunt. Et cum predicator dicit. Quales

Homelia. xix. Fo. cxxxj.

alij in cōiugio vel in cōtinentia: vel i p̄dicatione erga oīpo
tentis dei amorem in nouo testamēto fuerunt: vel alij q̄ies
i veteri porta q̄ loq̄tur ternos ex vtroq; latere habere t̄pa
lamos ostidit. Que porta h̄z 7 frōtē: qz sūt in p̄dicatoris vis
ta apta opa q̄ vident. habet 7 añ frōtē vestibuli: qz p̄uisq;
bona opa inuuet: p̄dicat fidē p̄ quā asa h̄ūliter veniens
ad bonorum actū aīitudinē subleuet. Que cuncta secun
dum mensuram porte prioris sunt: iuxta hoc quod subditur
Qz mensus est quinquaginta cubitorum lōgitudinem eius
et latitudinem viginti quinq; cubitorum. Nec iam superius
latius me dixisse meministis. Per quinquagenarium enim
nummex requiē diximus figurari: qz 7 quinquagesim⁹ ve
teri populo in requiē dat q̄ appellat⁹ est iubilus: 7 septe
narius numerus per quem hoc omne tempus euoluitur se
pties multiplicatus: ad q̄draginta 7 nouem ducit. Cui mo
nos additur: qz i vni⁹ contēplatione requies eterna p̄ficiť.
Idē ergo quinquagenarius numerus nobis in lōgitudinē
est: qz puenire ad illā requiē nō pōt: nisi q̄ ad eā sp̄e suā mō
tēdere iōganimit̄, pōt. Qz ei p̄ quinq; genariū n̄serū ad eter
nā requiē puocamur: et hoc uos oīno instruit: qd̄ in taber
naculo decem cortine iusse sunt fieri: q̄ haberēt ansulas q̄n
quagenas et circulos aureos quinquagenos a latere 7 sū
mitate. Cortine tabernaculi sancti omnes sunt: q̄ ex diuers
is virtutum coloribus in sancte ecclesie ornamento profi
ciunt. Qui et interiora velāt: et exteriora omnimodo exor
nant: quia eorum vita inq̄tum videtur ornamentum est: et
eorum intellectus int⁹ absconditus: dū celestia q̄ in men
te seruāt edicere nō p̄nt: in eis aliquo mō velať. Recte autē
decem cortine sunt: quia p̄ decalogi studiū ipsa sanctorū cor
da p̄fecerūt. Facinctus nō ansule cortinarum fieri: q̄nqua
ginta p̄cepta sunt. Facinctus celli spem habet. Ansule ergo
cortinarū sunt p̄cepta celestia in quibus ligātur anime:
vt ab inferioribus subleuante superius pendeat. Que vide
licet ansule h̄nt 7 circulos aureos: intellectū scz vera sapiētia
fulgēt. Qui intellect⁹ qz esse d̄z p̄ oīa circūspect⁹: 7 caute
solicitudinis vigilātia munitus: recte p̄ circulos designa
tur. Et notā dū q̄ a latere 7 sūm itate ubētur ānsule vel cir
culi in cortinis fieri: qz p̄ce p̄ta celestia 7 intellect⁹ spirita

Libert secundus

his non solum dicitur nos rursus in dei amorem suspendere: sed et
proximo in charitate sociare. In eo enim quod conditorem nostrum
diligimus: quasi per superiores anfulas in aere pedem. In
eo vero quod sicut nosmetipsos proximos amamus: anfulas et
circulos a latere habemus: ut cortine tabernaculi. I. fidelium
anime per charitatem coniuncte sint: et non per discordiam
diuise. Unde et hoc post longitudinem quinquaginta cubi-
torum prius latitudo subiungit: viginti et quatuor cubitorum
que videlicet latitudo ad charitatem proximi pertinet: ipsa
enim in fratrum amore se dilatat: atque erga eos omne quod
potest boni operis exercet. Cuncta autem bona opera quae corporata
sunt: per quatuor corporales sensus exhibent: videlicet
per visum: auditum: tactum: gustum: odoratum. Quatuor vero
numerus per semetipsum ductus ad vicissimum et quintum per-
uenit: quia bona opera cum agi ceperint: per feruorem animi ad
augmentum excitant et per semetipsa multiplicantur. Quasi
latitudinem menti faciunt: ut non sit angusta per teporem:
sed expansa in bonis actibus per charitatem. Ois enim in torporis
poris angustia est: ois vero benignitas charitatis magna lati-
tudo. Nam si res desunt quae fortasse indigent primo subeantur:
retributione: sicut scriptum est. In terra hominibus bone voluntatis.
Sequitur. Fenestre autem ut eius vestibulum et sculpturam: secundum
mensuram porte quae respiciebat ad orientem. Cuncta haec ista super-
ius latius dicta sunt: et idcirco sermo non dicitur morosa expositione
tardare. hoc tamen magnopere notandum est quod porta ad aquilonem
eius omnia haec prohibetur quae porta ad orientem fenestras scilicet con-
plationis: vestibulum humilitatis: sculpturam bone operatio-
nis. Ois enim qui per hoc quod in conuersatione nati sunt: in innocen-
tia perstitit: porta ad orientem habent: quia eis celestis regni
auditus patet: ex lumine quod acceperunt. Sed ois qui in
peccatis postmodum lapsi torporis sui frigore sunt depresso
scilicet per penitentiam redeunt ad amorem celestis patrie et re-
calescunt: porta ad aquilonem habent: quia eis etiam post peccatum
sui frigore regni aditus per misericordiam patet. Ea ergo haec
dicitur ad aquilonem: quia et conuersi peccatores sic dicantur vir-
tutibus: sicut illi sunt diuites qui cadere in peccati penitentiam
vitauerunt. Quasi et psalmiste voce per dominum dicitur. Cuius

Luce. ij.
Textus.

Homelia. xix. Fo. cxxxij.

sicut panem manducabā. Quis sic penitētes recepit vt ius-
nos. Scriptū quippe est de peccatoribus. Olim in culicio ⁊
cinere penitentiā egissent. Cinis ergo sicut panis comedit
quando auctori suo peccator per penitentiā sicut innocens
reuocat. Porta igit ad aquilonē habet fenestras: hꝫ vesti-
bulum: habet sculpturas: qꝫ cum peccator ad vitā post cul-
pas reducitur: sepe lumen cōtemplationis accipit: atqꝫ de
ipsa memoria liquiditatis sue gratiā magne humilitatis: bo-
ne quoqꝫ operationis efficaciam: vt omne quod fieri precia-
pit: invita eius quasi sculptū esse videat. Septē vero gra-
dū erat ascēsus: ⁊ vestibulum ante eā. Septem gradibus
ad portā ascendit: qꝫ per sancti spiritus septiformē gratiā
aditus nobis regni celestis aperit. Quem septiformē gras-
tiam. Esaias in ipso nostro capite / vel in eius corpore qꝫ su-
mus enumerans: dicit. Requiescet sup eum spiritus sapien-
tie ⁊ intellectus / spiritus cōsilij ⁊ fortitudinis / spiritus sciētie
⁊ veritatis. ⁊ replebit eum spiritus timoris domini. Quos
gradus de celestibus loquens descendēdo magis qꝫ ascen-
dēdo numerauit: videlicet sapientiā / intellectu / cōsilium /
fortitudinem / scientiam / pietatē / timorē. Et cū scriptum sit.
Initium sapientiē timor dñi. Constat pꝫculdubio qꝫ a timo-
re ad sapientiā ascendit: nō autem a sapientiā ad timorē
redditur: qꝫ nimirū perfectam habet sapientiā charitatē.
Et scriptū est. Perfecta charitas foras mittit timorē. Pro-
pheta ergo qꝫ de celestibus ad ima loquebat: cepit magis
a sapientiā ⁊ descendit ad timorē. Sed nos qui a terrenis
ad celestia redimus: eosdē gradus ascendēdo enumeramus
vt a timore ad sapientiā puenire valeamus. In mēte etem
nostra primus ascensionis gradus est timor domini / secun-
dus pietas / tertius scientia / quartus fortitudo / quintus con-
silium / sextus intellectus / septimus sapientiā. Est enī timor
dñi in mēte. Sed qualis est iste timor si cum eo pietas non
est: Qui em̄ miseri pꝫmo ignorat qui compati eius tribu-
lationibus dissimulat: huius timor ante omnipotentis dei ocu-
los nullus est: quia non subleuatur ad pietatem. Sed sepe
pietas per inordinatā misericordiam errare solet: si fortas
se pepererit qꝫ parcēda nō sunt. Peccata etem qꝫ ferri ge-
bēne ignibus pnt: discipline hꝫbere sant corrigēda. Sz inor-

Ps. d.
Wat. xl

Esai. xi.

Prover. ix.

i. Johan. iij.

Liber secundus.

dinata pietas cum temporaliter parcat: ad eternum supplicium pertrahit. Ut ergo vera et ordinata sit pietas: ad gradum est alium subleuanda. i. ad scientiam: vt sciat vel quid ex mis puniat: vel quid ex pietate dimittat. Sed qd si sciat quid agere: quis debeat: virtutem vero agendi non habeat. Scientia ergo nostra crescat ad fortitudinem: vt cum videt quod agendum sit: hoc agere per mentis fortitudinem possit: ne timore trepidet: et pauore collapsa non valeat bona defendere que sentit. Sed sepe fortitudo si improuida fuerit et minus contra vitia circumspecta: ipsa sui presumptione in casus ruit. Ascendat ergo ad consilium: vt prouidendo premuniat omnino quod agere fortiter potest. Sed esse consilium non potest si intellectus deest: quia qui non intelligit malum quod agens tem grauat: quomodo potest bonum solidare quod adiuuat. Itaque consilio ascendamus ad intellectum. Sed quid si intellectus magno quidem acumine vigilet: et moderari se nesciat per maturitatem. Ab intellectu ergo ascendamus ad sapientiam: vt hoc quod acute intellectus inuenit: sapientia mature disponat. Quia igitur per timorem surgimus ad pietatem: per pietatem ad scientiam ducimur: per scientiam ad fortitudinem roboramur: per fortitudinem ad consilium tendimus: per consilium intellectu perficimus: per intellectum ad maturitatem sapientie peruenimus: septem gradibus ad portam ascendimus: per quam nobis aditus vite spiritualis aperitur. Bene autem dicitur quod vestibulum erat ante eam. Quia nisi quis prius humilitatem habuerit: ad hos gradus donorum spiritualium non ascendit sicut scriptum est. Super quem requiescit spiritus meus: nisi super humilem et quietum: et trementem sermones meos. De quo per psalmistam dicitur. Ascensus in corde eius disposuit in consilio lacrimarum. Conuallis quippe humilis locus est: et peccator quisque dum se in lacrimis humiliter affligit: in corde per ascensum obtutum perficit. Qui rursus ait. Emittit fontes in conuallibus. Quia o peccator dona spiritualis gratie humilibus prestat: potest quoque per vestibulum fides intelligi. Ipsa quippe est ad gradum et portam: quia prius ad fidem venimus: vt postmodum per spiritualium bonorum gradus celestis vite aditum intremus. Non enim virtutibus venimus ad fidem: sed per fidem pertingimus ad virtutes. Cornelius eius centurio cuius elemosyne a se baptismum angelo

Esai. lxxvi.

Ps. lxxxij.

Ps. c.ij.

Act. x.

Homelia. xix. Fo. cxxvii.

testante laudate sunt nō operibus venit ad fidē: sed fideve
nit ad opera. Nā & ei per angelū dī. Oratiōes tue & elemos
sine ascenderūt in cōspectum dei. Si em̄ deū vere & añ bas
pissimū nō crediderat qđ orabat: vel quō hunc oipotēs de
exaudierat: si nō ab ipso se in bonis pfici petebat. Sciebat
igit creatorē oīm deū: sed qđ eius op̄a filius incarnatus es
set ignorabat. Neq; em̄ poterat bona agere: nisi añ credi
disset. Scriptum naq; est. Sine fide impossibile est placere
deo. fidem ergo habuit: cuius opationes & elemosyne: pla
cere potuerunt. Bona autē actione promeruit vt deū p̄se
cte cognosceret: & incarnationis eius misterium crederet:
quatinus ad sacramentū baptismatis perueniret. Per fidē
ergo venit ad opera: sed p̄ opera est solidatus in fide. Ue
stibulum itaq; ante gradus est: qđ qui p̄ credidit: ipse post
virtutum gradibus ad porte aditū ascendit. Sequitur. Et
porta atrij interioris cōtra portā aquilonis & orientālē. hoc
loco cōtra nō p̄ aduersitate ponit: sed p̄ rectitudinē. ita ei
porta interioris atrij posita n̄strabatur: vt porta aquilo
nis & orientis perfecto ad eā aditū tenderet. Quid est er
go qđ porta interior recto itinere posita cōtra portam oriē
tis & aquilonis ostenditur: nisi hoc quod aperte datur in
tribus: sed post peccata cōuersi s̄ eque aditus regni celestis
aperitur. Larga est enim misericordia creatoris nostri. Et
porta interior non solum portam orientis respicit: sed etiā
aquilonis. Quia non solum his qui in innocentia permanēt
sed etiam peccatoribus peccata sua penitendo dānalitib⁹
aperunt interioris atrij gaudia vt ineffabilia mysteria pa
trie celestis agnoscant: agnoscendo sitiunt: sitiendo currat:
currando perueniant. hec eterni gaudia secreta cognone
rat qui dicebat. Situit anima mea ad deum viuum quan
do veniam & parebo ante faciem dei. predicator gentium
ad hunc aditum regni celestis anhelabat: cuz dicebat. Cu
pio dissolui & esse cum christo. hec exultationis occulte ses
creta cognouerat sponsa: que dicebat. dilectus meus misit
manum suam per foramen: & venter meus intremuit ad ta
cum eius. dilectus etenim manū per foramen mittit: quā
do virtute sua dominus nostrum animum per subtilem in

Ibidem.

Hebre. xl.

Textus. B.

ps. lxi.

philip. i.

Can. v.

Liber secundus.

Intellectum pulsat. Et venter illius in tactu contremiscit: quia infirmitas nostra per hoc quod celestis gaudium intellectu tangitur: ipsa sua exultatione turbatur. Et fit in mente pauor cum letitia: quia et si iam sentit quid de celesti gaudio diligite ad huc metuit ne non pereat quod vix tenuiter sentit. Quid igitur restat: nisi ut se ad perfectioris vite cursum dirigat: omnes qui illa gaudia patrie celestis agnoscunt: Unde et hic aperte subiungit. Et mensus est a porta usque ad portam centum cubitos. Centenarium numerum quia decies per denarium ducitur: iam superius diximus esse perfectum. Ita itaque quod aditum atrium interioris videtur: profecto necesse est ut per vitas perfectionis currat: et a porta inchoationis usque ad consummationis ingressum perueniat. Mensuratur ergo atrium interioris quod a portis exterioribus usque ad portam interioram tenditur centum cubitis: ut qui intrare amando cepit latitudinem perfectionis habeat in mente. Quatinus in eo que diligit: hunc nec aduersa coangustent: sed transitoria cuncta despiciens quousque ad gaudia secreta perueniat: per atrium perfectionis currat. Sunt etenim multi qui iam in seipsum gradibus aditum porte exterioris intrauerunt iuxta quendam superne dispensationis modum per timorem dei humiles: per pietatis studium misericordes: per scientiam discreti: per mentis fortitudinem liberi: per consilium cauti: per intellectum prouidi: per sapientiam maturi. Sed adhuc quibusdam necessitatibus obligati: huius mundi curis inseruiunt. Et unde iam ex magna parte excusserunt animi: ibi adhuc tenentur inuiti. Cumque super imposita terrene occupationis portant onera: minus in preceptis celestibus exercentur. Et dum anhelare medullitus ad eternam patriam non vacat: ipsa in eis sua aliquo modo desideria languescunt: quia animo curis temporalibus prepediti sua gaudia que cognouerunt amare non tantum licet circumlibet. Hi plerumque a iugo mundi colla mentis excutunt: oia deserunt: terrene cure pondera deponunt. Atque ut ad celeste desiderium latius animi sinum laxant: vitam remotam petunt: et in ea sanctis precibus inerti: sacris meditationibus dedita quotidiano se fletu afficiunt: et veritate cordis igne amoris conuant: atque ad celeste gaudium accedendo se inuouant. Hi plerumque in ipso

Textus.

Homelia. xix. Fo. cxxxiij.

suo desiderio accensū exire iam de carne concupiscunt: atq; ad vitam presentem redire post fletum nollūt. Sed tñ differruntur vt dilatus amor ex ipsa sua dilatione pficiat: & ardētī desiderio quasi quod negatur crescat. Sic in regione germanorum qui liberatus a legione demonum fuerat: iam cum domino ire volebat: sed tñ ei dicitur. Reuertere in domum tuam: & narra quanta fecerit tibi dominus. Sic sponsa in canticis canticorū sanctis desideriis anxia loquit: discens. In lectulo meo per noctes quesiui quez diligit anima mea. Quesiui illum & non inueni. In lectulo enim dilectum quaerit: quando in ipso suo ocio et vacatione quam appetit iam videre anima dominū cōcupiscit: iam ad eum exire desiderat: iam carere pñtis vite tenebris anhelat. Sed quaerit illum & non inuenit: qz spūs magno amore desiderat: adhuc tñ ei nō cōceditur videre quē amat. Tales itaq; sanctotum mētes quid aliud in hoc desiderio faciunt: nisi qz iam a portis exterioribus per atrium interioris ad portā currit. Quibus sepe euenit. vt cum se viderint magno celestis gratie munere compunctos: iam se perfectos existiment & obediētes putent. Sed quis nullus est qui dura precipiat: patientes esse se credant: sed qz nemo eos per cōtumelias et aduersitates pulsat: & plerūq; contingit vt spiritale ministerium vel iniuria suscipiunt: atq; ad gubernationem fidelium deducantur. Qui cum magnis tribulationib⁹ fuerint hinc inde pulsati turbati mēte sese imperfectos inueniūt qui nō pulsati perfectos se esse crediderūt. Qua ex re agitur vt se ad semetipfos colligant: & apud se opprobrium suae infirmitatis erubescāt: atq; ex ipsa sua cōsultione robotati cōtra aduersa patientiam opponant: & ex tribulatione proficiāt qui prius in ocio ex ipsa sua securitate torpebant. Et veraciter esse tales incipiunt: quales se prius inaniter putauerūt. Hi itaq; cum a portis exterioribus vsq; ad interiorē portā per boni studij atrium deferunt: hoc ipsum in eis atrium centū die perfectione pficiunt. Per quotidiana estī desideria in mente perfici: quasi centum est cubitis interioris atrium mēsurari. Idcirco ergo a portis vsq; ad portam centum sunt cubiti: vt quasi quedam more vnde fit ipsa dilatio viuenc

Luce. viij.

Can. v.

Liber secundus.

Textus.

C

di per quā quotidie in virtutibus crescit: vt ad interiorē adis-
tum pfectius pueniat. Sequit. Et eduxit me ad viā austras-
lem ⁊ ecce porta q̄ respiciebat ad austrū. Et mēsus est fron-
tem eius ⁊ vestibulum eius iuxta mēsuras superiores. Et fe-
nestras eius ⁊ vestibula in circuitu sicut fenestras ceteras
quinquaginta cubitoꝝ longitudinē: ⁊ latitudinē vigintiquin-
que cubitoꝝ. Et in gradibus septem ascendebat ad eā: ⁊ ve-
stibulum ante fores eius. Cuncta hec in orientis ⁊ aquilonis
portis iam dicta sunt ⁊ congruum non est vt ea q̄ semel
ac secundo exponentes diximus: sepius replicemus. Nota-
dum tamen nobis est quia in spiritali edificio alter aditus
ad orientem / alius ad aquilonem / atq; alius ad austrū pa-
tet. Sicut enī aquilonis frigore peccatores: ita per austrū
lenitas seruientes spiritu designant. Qui calore sancti spiri-
tus accensi: velut in meridiana luce virtutibus excrescunt.
Pateat itaq; porta ad orientē: vt hi qui sacramēta fidei be-
ne inchoauerunt: ⁊ in nulla postmodum vitiorum profundi-
tate demersi sunt: ad gaudia secreta pueniāt. Pateat por-
ta ad aquilonem vt hi qui post inchoationē caloris ⁊ lumi-
nis in peccatorum spozuz frigore ⁊ obscuritate delapsi sunt
per cōpunctionem penitentie adueniam redeant: ⁊ que sit
interne retributionis vera letitia cognoscant. Pateat por-
ta ad meridiem: vbi qui sanctis desiderijs in virtutib⁹ fers-
uēt: spiritali intellectu quotidie interni gaudiū mysteria pe-
netrent. Inter hec autem queri potest: cum quattuor humi-
mūdi partes sint: cur in hoc edificio he exteriores nō quat-
tuor: sed tres porte esse memorantur? Quod recte querens:
dum fuerat: si propheta non spiritale sed corporale edificij
vidisset. Sancta enim ecclesia. i. spiritale edificium vt a se-
creta gaudia pertingat: tres solummodo portas habet: vt
delicet fidem / spem / atq; charitatem. Unam ad orientem /
aliam ad aquilonem / tertiam ad meridiem. Porta quippe
in oriente est fides: quia per ipsam lux vera nascitur in mē-
te. Porta ad aquilonem spes: qua vnusquisq; in peccatis
positus: si de venia desperauerit funditus perit. Unde ne-
cesse est: vt qui per suam iniquitatem extinctus est: per spē
misericordie reuiuiscat. Porta ad meridiem charitas: quia
igne amoris ardet. In meridiana etenim pte sol in altis ducit

Homelia. xix. Fo. cxxxb.

tur: q̄ p̄ charitates lumen fidel in dei ⁊ proximi dilectione
sableuat. Trib⁹ igit portis ad interi⁹ atrii tēditur: q̄ p̄ si-
de spem: atq; charitatē ad gaudia secreta puenitur. Alia
quoq; q̄stio or̄t: cur porta atrii interioris posita cōtra por-
tā orientis et aq̄lonis d̄r: ⁊ an ad austrālē portā pateat tace-
tur. Sed quia per orientem inchoantes: per aq̄lonem la-
p̄os dicimus designari dignum fuit vel de inchoantibus
quibus adhuc sol in tempore est: vel etiam de lapsis: sed
per conuersionem redeuntibus aperte diceretur q̄ eis por-
ta atrii interioris pateat. Quatinus ex ipsis nos certos fa-
ceret: de quibus dubitare potuerat. hoc autem de porta
australi dicendum non erat: quia eos ad gaudia interna
pertingere qui seruoze spiritus in virtutibus permanent
null⁹ ignorat. Sequit. Et celate palme erāt vna hinc ⁊ al-
tera inde in frōte ei⁹. Quid est hoc q̄d pal⁹ in frōtib⁹ pictu-
ra palmarū: nūc autē celate palme in fronte esse mēorant⁹.
Sed sicut iam superius diximus: pictura palmarū est ostē-
sio signorum. Nunc vero celatura palmarum dicitur: vt bo-
norum operum demonstratio designetur. Iplis enim sum-
mis predicatoribus dicitur. Videant opera vestra bona: ⁊ **Mat. v.**
glorificent patrem vestrum qui in celis est. Qui igitur in vi-
ta sua impressa esse sancta opera demonstrant: palmas in
fronte celatas habent: quia quanta illos in posteruz victo-
ria sequatur: ita nunc in sanctis suis operib⁹ ostendunt. Vel
certe q̄ fidē per orientis: spem p̄ aq̄lonis charitatē vero p̄
austrālē portā dixim⁹ designari. Notanduz vero nobis est
q̄ in orientis porta pictura palmarū: in aq̄lone ho ⁊ me-
ridie celatura esse perhibetur. Qui cōtingit sepe vt hī qui
adhuc inchoantes sunt: necdum: se in operibus solidis ac
magnis exercent. Hī vero qui post iniquitates ad virtutē
redeunt: plerumq; vt culpas suas ante omnipotentis dei
oculos tegere valeant: in magnis operibus exercēt. Et
quia iam seruoze spiritus actibus et virtutibus excreuerūt
quasi meridies in sanctis actibus inardescunt. In orientis
ergo porta pictura est: in aq̄lonis vero et meridiei cela-
tura. Quia signum victorie quod inchoantibus ostenditur:
hoc in reuertētib⁹ atq; seruētib⁹ ita solidi⁹ et rōbustius te-
netur. Notādum q̄z magnopere est: q̄ d̄ hinc ⁊ inde. Oēs

Liber secundus.

enī qui ad vite aditū tēdim⁹: ⁊ ex dextero et sinistro latere habere palmā debem⁹. Qd̄ enī hinc ⁊ inde dī: lat⁹ vrr̄oḡ signat. A dextro igit palmā h̄s: quā p̄spera nō extollit. A sinistro palmā h̄s: quē aduersa non deiciūt. Quasi ex vtraq; parte portabat paulus palmā cum diceret: ⁊ ignobilis ma iusticie a dextertis et a sinistris per gloriā ⁊ iusticiā: tatem: per infamiam et bonū famā vt seductozes et veras: Non hunc aduersa frangebant: h̄nc inde ergo gestabat palmā: ⁊ timorem subleuabant. h̄nc inde ergo gestabat palmā: quia et in aduersitate fortis: et in prosperitate humilis per manebat. Quisquis enim de prosperis extollitur habere in dextera rem palmā nescit. Quisquis in aduersitate frāgitur: portare palmā a sinistro latere ignorat. Ut ergo hinc ⁊ inde palma seletur in frōte: adesse sem̄p̄ nris mēibus debet ⁊ in aduersis fiducia: ⁊ i. p̄spera timor. Ne aut aduersa in desperationē p̄trahant: aut p̄spera animū in fiduciā extollāt. h̄nc est q̄ idem egregi⁹ p̄dicatoz dicebat. Scio et humiliari: scio ⁊ abundare: vbiq; et in omnibus institutus sum. Et satiari: et esurire: et abundare: et penuriam pati. omnia possum in eo qui me confortat. Nunquid fratres ars est aliqua humiliari ⁊ abundare: satiari ⁊ esurire: abundare et penuriam pati: vt pro magno se ista scire satius predicatoz instruet⁹. Ars omnino et mira discipline scire nūria sua nō frangit: a gr̄az actione nō retrahit: in re p̄p̄ozaliū desiderii non accēdit: scit humiliari. hoc est loco subiungit: scio ⁊ abundare. Qui enim acceptis rebus non extollitur qui eas ad vsum vane glorie non intorquet⁹ solus non possidet quod accepit: sed hoc cum indigentibus misericorditer diuidit: scit abundare. Qui accepta alimēta non ad ingurgitationem ventris vtitur: sed ad reparandionem virtutis: nec plus carni tribuit q̄ necessitas tollere satiari. Qui alimētoz inopiā sine murmuratione tollat: nec pro necessitate virtutis agit aliquid: vñ ais p̄ctis queū incurrat: scit esurire. Quē q̄ nec abundantia in supbia esuat: nec in necessitate cupit as irritari: nouit abundare: nouit penuriam pati. Qui cū stati subdiderit: ois possit: ne eis

Homelia. xix. Fo. cxxxvi.

tionis esse verba crediderim: adiurixit in eo q̄ me conforta-
uit. Ecce in altū ram⁹ pdiit: s; q; in radice se tenuit: in viri-
ditate p̄mansit. In altū enim surgēs arefceret: si se a radice
diuisisset. Sibi enim nihil tribuit: q; oīa se posse nō in se: s; in
eo q̄ se cōfortat fatef. Hinc ⁊ inde ergo pdica tor egregi⁹
palmā habet: quē nec abūdātis in superbiā: nec inopia ad
auariciam pertrahit. Discamus itaq; fratres non solum in
prosperis sed in aduersis quoq; gratias agere. Pater enī
nobis ex pietate sua factus est cōditor: nos ter nosq; adopti-
uos filios ad hereditatem regni celestis nutrit. Et non so-
lum donis reficit: sed etiam flagellis erudit. Discamus igitur
abundare: vt cuncta que ab eo accipimus cum indigē-
tibus partiamur. vt mentem abundantia nō eleuet. ne for-
tasse gaudeat: quia hoc adest sibi quod deest alteri: ⁊ non
tam cōi bono: sed proptio letetur. A priuato gaudio veris-
tas ad cōe discipulos reuocat: cum eos de predicatione re-
delites ⁊ de subiectione demonū letātes admonet dicens. **20.7.**
Nolite gaudere super hoc: sed potius gaudete ⁊ exultate:
quia nomina vestra scripta sunt in celo. Non enim omnes
electi demonia eūciunt: sed tamen electorum oīa noīa celo
tenentur ascripta. Admonentur ergo discipuli priuatā le-
ticiā deponere: de cōmuni autem ⁊ perpetua felicitate gau-
dere. Quisquis itaq; in eo gaudet quod alter nō habet: ex
ipsa sua abundantia deterior factus: gaudiū priuatum has-
bet. Contra huius nos appetitum abundantie iohannes:
admonet dicens. Nolite diligere mūdū: neq; ea q̄ in mū-
do sunt. Qui mor rōnē subdidit quare. Si quis diligit mū-
dum: non est charitas p̄fis in eo. Nemo enī potest duob⁹
dominis seruire: quia non valet simul transitoria et eterna
diligere. Si enim eternitatem diligimus: cuncta tpalia in
vū non in affectu possidemus. Qui eādē rōnē prius sub-
dit: dicens. Quia omne quod in mundo est cōcupiscentia car-
nis est: ⁊ concupiscentia oculorum: et superbia vite. Ideo **Ibidem**
enī hīc aliqd̄ hōies ⁊ vltra q̄ necesse est cōcupiscit: vt has-
bēdo supbiat: ⁊ q; hoc ali⁹ nō h; se in cogitationib⁹ extols-
lāt. Quisquis itaq; talis est: adhuc ad portādā abūdāriam
doct⁹ non est. Sepe alit qd̄ auariciā ex appetitu suggerit:
necessitatē putat. Et cū minorā sufficiāt dolet maiorā des-

Liber secundus

Phil. iiij.

esse atq; incautus animus quandam quasi necessitatem patitur. quā parit. Et cum nimia sunt que desiderat suam sibi auariciam aliquo modo excusat. Abundantia itaq; superbia vicina est. Quam si quando etiā cupiditas intercepta hāc (vt ita dixerit) quasi pegrina captiuitas iuasit. Si igitur abundandi artem scire volumus necesse est vt non solum ea que vicina sunt: sed ea etiam que de longinquo veniunt vitia fugiamus. Discamus penuriā pati ne ea que nō habemus habere etiam cuius culpa requiram⁹ ne felices putemus quos rebus onustos cernimus. Nimia valde sunt ea que sibi quasi in sumptus vite presentis preparant. Multa portant sed in via breui. Magna est in hoc itinere societas paupertas que animum non angustant cum deest terrena substantia de qua eterno iudici rationes ponamus. Liberrimus ad patriam tendimus: quia quasi in via pondere carremus. Discamus satiari: ne in sumendis alimentis corporis gule magis q̄ necessitati seruiamus. Plus enim concupiscentia q̄ necessitas petit. Et sepe dum carnis inopiam satifacere curamus voluptas surripit: modum refectionis excedit. Unde fit vt culpa transeat ad culpā: quia plerūq; inde alia tentatio carnis nascitur dum carni immoderata refectione seruitur. Expectata etenim primi hominis infirmante natura in hoc mundo cum nostris tentationibus nascimur. Et caro nobis aliquando adiutrix est in bono opere: aliquando autem seductrix in malum. Si igitur ei plus q̄ debemus tribuimus: hostem nutrimus. Et si necessitati eius que debemus non reddimus: ciuem necamus. Satianda itaq; est caro: sed ad hoc vsq; vt in bono nobis opere famulari sufficiat. Nam quisquis ei tantum tribuit vt superbia: satiari penitus ignorat. Ars itaq; magna est satiari: ne vnusquisq; per satietatem carnis ad iniquitatem procurrat turpitudinis. Discamus esurire: vt nobis propter abundantiam sequentem nostra hic inopia placeat. Nec nos vt tris necessitas ad culpam trahat nec peccatum menti ipsa indigentia suggerat. Et dum caro fame afficitur ad cupiditatem animus irriteretur et querat cum culpa prouidere vnde carni valeat in necessitate satifacere: ne cor in indignatione pficiat: et linguam in mormurationis amaritudine

Homelia. xix. Fo. cxxxvii.

nem accedat. Qui igitur i carnis sue inopia se hinc inde cir-
cuspicit: atq; a peccat ilaque o'custodit: nouit esurire. Nos
itaq; fratres kniū irā atq; auariciam in aduersitate fugien-
tes ⁊ elationem ⁊ immoderata gaudia in prosperitate des-
clinantes: q; per fidem spem: atq; charitatē interioris uite
atruum tribus portis intrare conspiciamus: palmas hinc et
inde teneamus. Libet adhuc alteruz ciuem celestis patrie
ad mentem reducere ⁊ q̄liter hinc inde palmam teneat des-
monstrare. Beatus etenim Job cum esset uiris orientalis
ditior ⁊ ei p'spera cuncta suppeterēt: filijs polleret familia
cresceret. greges exuperarent: in tāto olpotēis dei timo-
re p'stitit: vt inter custodiam discipline: inter acta iustitie: i-
ter multa humilitatis obsequia: misericordie operibus in-
tentus: sacrificijs offerendis deditus: holocausta domino
pro singulis filijs immolaret: ne quis eorum saltem in cor-
de peccasset. Pensem⁹ ergo quanta erat custodia boni ope-
ris qui in filijs suis expiabat sacrificijs culpas cordis. Sed
q̄ iustus esset in prosperitate innotuerat. Unde autē igno-
tum erat: si perseverare iu tus et inter flagella potuisset.
Tangēd⁹ ergo erat verberare vir ille sanctus in prosperis:
interroga-ur aduersis: vt qui notus erat omnipotenti do-
mino: notus per flagella fieret nobis et sibi in seipso. Dispo-
nent: itaq; domino consumpti sunt greges: interfecti custo-
des: euerfa domus: extincti filij: percussa caro a planta pe-
dis vsq; ad verticem. Remanuit vxor incolumis. que verbo
ruin iaculis vulnera auget. Sed hanc vir sanctus in ten-
tatione sanus: in vulnere prudenter docet: eiq; respōdet di-
cens. Si bona accipimus de manu domini: mala quare nō
suscipiamus? Amici quoq; ad consolandum veniunt: ad cō-
tumelias prorumpunt: et in dolore vulnerum: addunt ad-
huc vulnera verborum. In miser cordē dicunt raptorez no-
munt: violentum denūciant oppressorem pauperū fatē-
tur. Quid igitur miles dei faceret inter dolentia vulnera
et amara verba depressus? Ecce flagella dei ⁊ verba ho-
minum simul afflicti animum ad desperationem premunt:
sed virtute spūs plenus: carnis vulnerib⁹ iac cō: mētis ro-
bore stās contra desperationis impulsū reuertit ad memo-
riā bona que egerat. Quia misericors fuerat: dicit. Ocul⁹

Liber secundus

Ibidem.
Ibidem.

Job. xxi.

Ibidem.
Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.
Ibidem.

Eccli. xi.

fui ceco: et pes claudo. Et rursus. Pater eras pauperus. Quia
discipline custos et benignus dicit. Cuius sederē quasi rex
circūspectate me exercitu eras tui mercediū consolator. Quia
humilis fuerat dicit. Si contēpsi subire iudiciū cum seruo
meo et ancilla mea cū disceptarēt aduersum me. Quia hōs
talīs fuerit fatetur. Si desperit p̄ter euntem eo q̄ nō habu-
erit indumentum. Quia largus in donis dicit. Si non be-
nedixerunt mihi latera eius et de velleribus ouium meas-
rum calefactus est. Quia violētus non fuerat testatur dicens
Si leuaui super pupillum manum meam cum viderem me
in porta superiorē. Quia de inimici piculo nunq̄ exultauerit
dicit. Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat. Quia
patiens fuit et etiam suorum maliciam equanimiter pertu-
lit dicit. Si non dixerunt viri tabernaculi mei: quis det de
carnibus eius et saturemur. Quid est hoc q̄ vir sanctus
tot suas virtutes inter flagella enumerat? Quid est q̄ ore
suo opera que fecerat laudat nisi qui a inter vulnera et ver-
ba q̄ hunc ad desperationem trahere poterat ad spem ani-
mum reformat. Et qui in prosperitate humilis fuit: reuoca-
tis bonis suis ad memoriam: infractus in aduersitate per-
mansit. Cuius enim animum inter tot flagella illa verba
ad desperationem non impellerēt: nisi sibi ad memoriā bo-
na q̄ fecerat reuocasset. Vidit igitur sanctus vir mētē suam
auditis tot malis ad desperationem concuti et mirabiliter
studuit in spe certa ex bonis suis actibus solidari. Sic im-
pletur quod scriptum est. In die bonorum ne immemor sis
malorum et in die malorum ne immemor sis bonorum. Si ei
cum bona habem⁹ malorum reminiscimur que aut adhuc
pati possumus accepta bona mentem non eleuent: quia eo-
rum gaudium timor memorie malorum premit. Et si cum
mala habemus bonorum reminiscimur: que aut iam accepti-
mus aut adhuc nos posse accipere speramus malorum po-
dus animum ad desperationem non premit: quia hunc ad
spem memoria bonorum leuat. Si itaq̄ fratres hūmī et p̄ce-
pta dñica et p̄ exēpla gradimur vt nos nec prosperitas ele-
uet nec aduersitas frangat habere nos ante omnipotentem
deum dei oculos palmas hinc et inde monstramus. Cui est
honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Homelia. xx. Fo. cxxxviiij.

Homelia. xx.



G porta atrij interioris in via australi. Et mensus est a porta usque ad portam in via australi centum cubitos. Et introduxit me in atrium interius ad portam

australem et mensus est portam iuxta mensuras superiores thalamum eius et frontem eius et vestibulum eius hisdem mensuris et fenestras vestibulorum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis et latitudinis viginti quinque cubitos et vestibulum per girum longitudine viginti quinque cubitorum et latitudine quinque cubitorum. Et vestibulum eius ad atrium exterius: et palmas eius in fronte: et octo gradus erant: quibus et ascendebatur per eam. Et introduxit me in atrium interius per viam orientalem: et mensus est portam secundum mensuras superiores thalamum eius et frontem eius et vestibulum eius sicut supra et fenestras eius et vestibula in circuitu longitudine quinquaginta cubitorum et latitudine

Libre secundus.

viginti quinque cubitorum et vestibulum eius
id est atrii exterioris et palme celate in fron
te eius hinc et inde et in octo gradibus ascen
sus eius. Et introduxit me ad portam que res
piciebat ad aquilonem. Et mensus est secun
dum mensuras et superiores thalamum eius
et frontem eius et vestibulum eius et fene
stras eius per circuitum longitudine quin
quaginta cubitorum et latitudine viginti
quinque cubitorum. Et vestibulum eius res
piciebat ad atrium exterius et celatura pal
marum in fronte eius hinc et inde et in octo
gradibus ascensus eius et per singula ga
zophilatia ostium in frontibus portarum. Ibi
lauabunt olocustum.

Textus.



H.

Drophete verba q
largiente domino hodie charitati ve
stre loquenda sunt lectione magis in
digent q̄ expositione. Ea enim in tri
bus portis interioribus replicantur
que secundo iam vltimo de exteriori
bus dicta sunt. pauca vero in eoru
descriptione permittantur. Unde ne
cesse est ea nos que iam dicta sunt replicare vt ea que dice
da sunt licentius possimus enotare. Itaq̄ nunc dicitur. Et
porta atrii interioris in via australi et mensus est a porta
vsq̄ ad portam in via australi centum cubitos. Et introdu

Homelia. xx. Fo. cxxxix.

rit me in atrium interium ad portam australem et mensus est portam iuxta mensuras superiores: thalamum eius frontem eius et vestibulum eius eisdem mensuris. Et fenestras eius et vestibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis et latitudinis viginti quinq; cubitos: vestibulum per girum. Cuncta hec superius dicta atq; exposita esse meministi. Necdum vero est dictum quod de eodem vestibulo subditur. Longitudine viginti quinq; cubitorum et latitudine quinq; cubitorum et vestibulum eius ad atrium exterius. Atq; iterum hoc quod iam superius dictum fuerat replicatur cum dicitur. Et subditur. Et octo gradus erat in quibus ascendebatur ad eam hoc quoque quod de australi porta scriptum est: de orientali quoque porta in eodem ordine narratum. Nam protinus subinfertur. Et introduxit me in atrium interius per portam orientalem et mensus est portam secundum mensuras superiores thalamum eius frontem eius et vestibula eius sicut supra et fenestras eius et vestibula eius in circuitu longitudine quinquaginta cubitorum latitudine viginti quinq; cubitorum. Et vestibulum eius. i. atrium interiores et palmetate in fronte eius hinc et inde et in octo gradus ascensus eius. Ea quoque que de australi porta et orientali dicta sunt: in eisdem verbis etiam de porta que ad aquilonem respicit replicantur. Nam subditur. Et introduxit me ad portam que respiciebat ad aquilonem et mensus est secundum mensuras superiores thalamum eius et frontem eius et vestibulum eius et fenestras eius per circuitum longitudinem quinquaginta cubitorum. latitudinem viginti quinq; cubitorum et vestibulum eius respiciebat in atrium exterius: et cellatura palmarum in fronte eius hinc et inde in octo gradus ascensus eius. Quid itaque interiori atrio quid thalamo quid frontibus: quid vestibulo: quid fenestras: quid longitudine et latitudine quid palmarum celatura signetur: late iam superius diximus. Nec oportet ut in eisdem iterum: sed in his solummodo que necdum dicta sunt occupemur. Nunc ergo querendum nobis est que iste tres porte interiores sunt: vel quid est earumdem portarum in vestibula viginti quinq; cubitis longitudine et quinq; cubitis latitudine metiuntur: vel cur ad ea non septem sicut de portis exterioribus dictum fuerat:

Textus.

Liber secundus

sed octo gradibus ascendit. Porta ei atrij interioribus que
superius dicta est: de his tribus portis interioribus nõ est:
quia illa contra orientis et aquilonis portam respicere dici-
tur: iste autem singule interius ad austrum vel orientem et
aquilonem posite esse memorantur. Vñ recte per illam ad
tus interior designatur: quia sicut precedenti locutione iam dis-
ctum est vel iudee et gentilitati: vel inchoantibus: atque in
bono perseverantibus: vel a bono cadentibus: sed post cul-
pas per penitentiam surgentibus patet. Nunc autem postquam sin-
gule in oriente et aquilone et austro porte descripte sunt: cur
interioris atrij rursus porte singule in austro et oriente at-
que aquilone describuntur? Aspirante domino magna inten-
tione opus est signum tante profunditatis indagare. Si enim
portarum nomine sanctos predicatorum accipimus: sciamus
nobis est quia una est ecclesia in predicatoribus testamēti ve-
teris ac noui. Porte autem septem vel octo gradus habent
quia sancti spiritus septiformem gratiam concorditer pdi-
cant. Octauo vero gradu annuntiat premium retributionis
eterne. Unde scriptum est. Da partes septem: nec nõ et octo
Quid itaque dicere possumus exteriores portas: nisi antiquos
patres fuisse qui per precepta legis nouerunt opera populis
magis quam corda custodire: ut interiores portas predicatorum
sancte ecclesie debeamus accipere: qui spiritualibus monitis
discipulorum suorum corda custodiunt: ne malis que nõ faci-
ciunt vel in cogitationibus delectentur. Per illas enim se-
ptem gradibus ascendit dicitur: istarum vero octo gradibus
ascensus esse perhibetur. Quia et in ueneratione legis die este-
ptum fuit: et in nouo testamento octauus dies in sacramen-
to est: is uidelicet qui dominicus appellatur: qui tertius a pas-
sione: Si uero portarum nomine solos intelligimus sanctos et
postolos designari: qui uidelicet primi nobis sunt sancte ec-
clesie predicatorum: et nos fidem spem atque charitatem sumis-
simopere tenere docuerunt. Ipsi itaque nobis in his virtutibus
interiores porte sunt: qui nos per easdem virtutes ad interiorem
intellectum eterne sapientie perducunt. Sed si ipsi exte-
riores porte sunt quos accipimus interiores: Si uero ipsi exte-
riores sunt: quos intelligimus exteriores: Quia in re in-

Eccles. xi.

telligit vtiliter potest: quia ipsi nobis et exteriores et interiores
 porte sunt. Cum enim adhuc inchoantibus non alta et misti-
 ca: sed quedam que capi preualent predicant: porte exteriores
 sunt. Cum vero perfectis profunda et mystica loquuntur: por-
 te interiores. Videamus qualiter porta exterior pateat. Non
 potui vobis loqui quasi spiritalibus: sed quasi carnalibus. **I. Cor. iii.**
 tanquam paruulis in Christo lac vobis in porum dedi non escam.
 Videmus qualiter porta interior pateat. Sapientia loquitur
 inter perfectos. Videamus vtrum ipsa eadem sit porta
 interior et exterior. Sapientibus et insipientibus debitor sum. **I. Cor. ii.**
 Qui rursus dicit. Siue mente excedimus deo: siue sobri- **Roma. i.**
 sumus vobis. In hoc enim quod contemplantur et loquendo sapien- **ii. Cor. v.**
 tibus mente excedit: porta interior est. In hoc vero quod par-
 uulis sobrie in predicatione se temperat: contra ebrietate spi-
 ritus infundatur in mente cum predicat non ostendit: exteriori
 portam se manifestat. Ipsi itaque et exteriores porte nobis
 sunt et interiores. que nos et in primo actu fidei spei atque
 charitatis instituunt. Et cum iam proficientibus celestis re-
 gni mysteria predicant: per subtiliorem sensum nos ad inter-
 iora perducunt. Unde et per septem gradus prius ascen-
 sis earum describitur: et postmodum per octo. Per octauum
 etenim gradum illius vite mysteria signantur: quam in se-
 cretis suis perfecti intelligunt qui iam cuncta temporalia
 mente transcendere noverunt: qui presentem vitam que se-
 prem dierum curriculo euoluitur plene despiciunt: qui de
 intima contemplatione pascuntur. Habent igitur porte spiri-
 talis edificij septem gradus: quis timore domini pietatem
 et scientiam fortitudinem et consilium intellectum et sapiens-
 tiam suis auditoribus predicat. Sed cum iam omnia dimitti
 precipiunt: cum nihil in hoc mundo diligere admonent: nil pre-
 cum teneri: vni contemplationis celestis patrie intedi: atque
 in eius suadent mysterijs delectari: gratiam addunt et ad
 interiora traiciunt. Iste gradus docente veritate cuidam
 ostensus est: cui cum legis precepta dicerent: respondit. hec **Mat. xix.**
 omnia custodiam a iuuetute mea. Quasi enim iam in septem **Ibidem.**
 gradibus stabat: cum a iuuetute sua oia custodisse se dice-
 ret. Sed ei mox dixit. Adhuc vni tibi deest. Si vis perfectus
 esse: vade vende omnia que habes et da pauperibus: et habe
 SS. iiii.

Liber secundus.

bis thesaurum in celo: et veni sequere me. In quibus verbis octauum eequidem gradum vidit: sed ascendere noluit: quod tristis abcessit. Quisquis itaque contemptis rebus temporalibus eremitatis contemplatione pascitur: celestis regni gaudia rimatur. Post septem gradus quos timendo et operando atque intellectu sapientie sue crescendo tenuit: octauo gradu inferioris porte aditum intrauit. Per octauum non numerum et dies eterni iudicii: et carnis resurrectio designat. Unde et psalmus qui pro octaua scribitur a pauore iudicii est inchoatus: cum dicitur. Domine ne in ira tua arguas me neque in furore tuo corripas me. Nunc enim tempus est misericordie: in illo autem iudicio dies ire. In quo videlicet die omne hoc tempus finitur: quod septem diebus euoluunt. Et quod post septem dies sequitur: iure octauum appellatur. In quo et caro nostra resurgit ex puluere: ut siue bona siue mala que egit recipiat a veritate. Unde per legem quoque octauo die fieri circumcisio iubetur. Nam per membris quod circumciditur mortalis propagatio generatur: decedentium quoque et succedentium numerus augetur. Sed quia in resurrectione mortuorum: nec carnis iam propagatio agit: et decedentium atque successio nulla erit: quod sicut scriptum est. Neque nubent neque nubentur: sed erunt sicut angeli in celo octaua die precipitur preputium incidi. Ibi enim locum iam carnis propagatio non tenet: ubi resurgens caro perseverantiam eternitatis habet. Per hoc verbum mater virgo descendit: que deum in utero sine virilis carnis admixtione concepit qui primus nobis eterne patrie gloriam in sua resurrectione monstravit. Qui surgens a mortuis iam non moritur: et mors eius ultra non dominabitur. Nobis quoque exemplum dedit: ut ea fieri in die ultimo de nostra carne credamus: que facta de carne illius in die resurrectionis agnouimus. Sed quod de carne resurrectione nobis sermo se intulit: triste nimis et valde lugubre est: quod quosdam in ecclesia stare et de carnis resurrectione dubitare cognoscimus. Hanc autem antiqui patres venturam esse certissime crediderunt etiam cum nullum adhuc eiusdem resurrectionis exemplo tenuerunt. Quia igitur damnatione digni sunt: qui et exemplum iam dominice resurrectionis acceperunt: et tamen adhuc de sua resurre-

ps. vi.

Sene. lxx.

Mat. xxij. et
Mar. xij. et
Luce. xx.

Ro. vi.

ctione diffidunt: pignus tenent et fidem non habent. Ec-
 clestias replēt: sed q̄ de resurrectione sua dubitat: ipsi quo-
 q̄ mente vacua stant. De hac quippe resurrectione p̄ bea-
 tum Job dicitur. Scio enim q̄ redemptor meus vniū. et in Job. xix.
 nouissimo die de terra surrecturus sum et rursum circūda-
 bo pellem meam: et in carne mea videbo deum. Quē visus
 sum ego ipse: et oculi mei conspecturi sunt: et non alius
 hinc etiam per psalmistam dicitur. In conspectu eius p̄ci- ps. xli.
 dunt vniuersi qui descendunt in terram. In terrā em̄ mor-
 tui non spiritu: sed corpore descendunt. In conspectu ergo
 domini prociidunt qui in terram descendūt: q̄ resurgendo
 ad iudicium veniūt ut qui nunc in puluere putrescunt. hinc
 iterum dicit. Sicut in te anima mea: q̄ multipliciter tibi ps. liij.
 caro mea. Sicut anima ad deum: videat caro quid sitit: vt
 resurgat. hinc rursus ait. Aufer spiritum eorum et deficiēt ps. ciiij.
 et in puluerem suum reuertentur. Voxq̄ de carnis resur-
 rectione sua iungit. Emitte spiritum tuum et creabuntur: et ps. xxxi.
 renouabis faciem terre. hinc iterum dicit. Exurge domine
 in requiem tuam: tu et archa sanctificationis tue. Exsurre-
 xit enim dominus in requiem suam cum carnem suam de se
 pulchro suscitauit. Post hunc quoq̄ exsurgit et archa: q̄ re-
 surgit ecclesia. hinc per eundem prophetam de quo loquitur
 scriptus est. Ossa arida audite verbum domini. hec di- Eze. xxxvij.
 cit dominus deus ossibus his. Ecce ego intromittam in vo-
 bis spiritum et viuetis. Et dabo super vos nervos: et succres-
 cere faciam super vos carnes: et super extendam in vos cu-
 tem: et dabo vobis spiritum et viuetis. hinc est q̄ propheta
 alius p̄ resurrectionē domini humanā genus vidit in finē
 suscitari: atq̄ ait. Vniuecabit nos post duos dies: in die ter-
 tia suscitabit nos: et viuemus in cōspectu eius. hinc est q̄ cū
 de semetipso dñs loqueret̄: adiur̄. Nolite mirari hoc: q̄
 venit hora oēs qui in monumento sunt audient vocē eius. Et
 p̄cedent qui bona fecerūt in resurrectionē vite: qui s̄o ma-
 la egerūt in resurrectionē iudicij. hinc paulus ait. Un̄ etiā
 saluatorē expectam⁹ dñm Iesum xpm: qui reformabit cor-
 pus humilitatis nostre cōfiguratum corpori claritatis sue. Phil. iij.
 hinc iterū dicit. Si em̄ credimus q̄ Iesus mortuus est et re-
 surrexit: ita et de⁹ eos qui dormierūt p̄ Iesum adducet tū eo
 i. Tess. iij.

Libert secundus

i. Coz. xv.

bio minimus figuratur. hec ergo oportuit facere: et illa non omittite.

Textus.

Mat. xxiij.

Homelia. xxi. Fo. clij.

tere: quod si opus nrm palmo metiri volumus: sic necesse est vt
 tēdatur minimus q̄tinus maior digitus nō attrahat. Nō autē
 cū mēsurā labia metis: et mēsurā palmi dē addisyni: vt ex
 doctorum predicatione sicut vnitas tenet in fide: ita quoq̄
 vnitas mentium seruatur in opere: ne per opus bonū quod
 alter agit alter ad discordiā malū p̄cipat. Ita etiam bo
 na facere opera debemus vt per hęc q̄q̄ cum his cum qui
 bus viuimus: vnauinitatem recte possumus conseruamus
 idest nō deserendo q̄d agim⁹: s; p̄ueniēdo bonis p̄suasiōni
 bus malū discordiā q̄d timemus. Sic in suis opibus vni
 tate palmi custodiens paulus discordiā ḡnari p̄hibebat:
 cū quēdā lapsus atq̄ ab ecclia abiectus isā velle recipere co
 rinthios videret: dicens. Si cui aliquid donauis et ego. Nā
 et ego si quid donauis propter vos in persona xp̄i: vt nō cir
 cūueniamur a sathana. Qui videlicet solet de bonis ma
 la generare et hoc q̄d per charitatem agitur ad discordiā
 trahit. Unde et mox de ipso subiicit dicens. Nō enim igno
 ramus cogitationes eius. Doctor autem qui per bona que
 predicat in suis auditoribus rectā operationem format: si
 mentes operantium ad vnauinitatem non ligat: in labiis
 palmi h̄: sed eam (que dicta ē) palmi vnitatē non h̄. Pens
 sandū est: vō valde q̄d d̄: q̄ earūdem mēsurā labia interi⁹ sūt
 reflexa. Tunc enim mensurarum labia intrinsecus reflectun
 tur: quādo doctores ad conscientiā reuocant tacita cogita
 tione quod dicunt: q̄n semetip̄os subtiliter perscrutantur
 si faciunt: quod loquuntur. Recte autem cum reflexa intrin
 secus mensurarum labia dicuntur additur quoq̄ per cir
 cūitum: vt non in vna qualibet se parte considerēt: atq̄ ex
 alia semetip̄os p̄p̄dere p̄termittant: sed vbiq̄ semetip̄os
 inspiciant: et in quantum p̄valent studeant singula opera
 implere que docent: ne si predicātes facere bona dissimu
 lant: sui vastatores sint cultores alieni. O doctor ecce iam
 mensa es: iam vasa portas: iam in vasis fidelibus pondus
 hoiocausi et victime sustines: sed intus reflecte labium id
 est ad cor reuoca sermonē. Audi quod dicit opare q̄d pre
 dicas. Si ei negligis implere que doces: alius messem semi
 nas: et ipse a frumētī p̄cipatiōe ieiunas. Vñ scriptum est.
 Cuius messem famelic⁹ comedit. Messē quippe doctoris Job. v.

ij. Cor. ij.

Ibidem.

Liber secundus.

puer. xix.

ps. lxxviij.

psal. lxxxviij
Ephē. vi.

Luce. xxi.
puer. xix.

iiij. Reg. ij.

qui bona loquitur: sed non operatur famelicus comedit: quia is qui panem iusticie esurit operatur madata que au- dit et fructu non habet qui seminando laborauit. hinc salo mon ait. Abscondit piger manus suas sub assella: nec ad os suum porrigit ea. Nemo ita piger est vt ad os manu come- dendo reducere labores putet. Sed piger nec ad os manu suam porrigit qui nec hoc vult operari quod dicit. hinc ite- rum de bene docentibus: male operantibus dicit. Filij et- fraim intendentes arcum et mittentes sagittas: conuersi sunt in die belli. Intendunt arcum atq; sagittas mittunt: q; scri- pturę sacre scripturas preponunt: et verbis rectis aucto- rum vitia feriunt. Sed conuertuntur in die belli: q; post se metipfos redeunt in tentatione vitiorum et peccatis oppone- re non volunt: q; in tentationum certamine non resistunt. hinc iterum dicitur. Auertisti adiutorium gladij eius: et no- es auxiliatus ei in bello. Gladius quippe doctoris est ser- mo dei. Unde per paulum dicitur. Et gladium spiritus: q; est verbum dei. Omnipotens itaq; deus cum doctorem respicit nolle operari que dicit: in die belli adiutorij eius gladium auertit. Quia in tentationum certamine non permittit ei esse in adiutorij doctrine verba que dedit. habet igit gladium: sed hunc in bello non adiuuat: q; cum aduersitas tes- tationis eruperit: verbi obliuiscitur quod dicebat. Ecce ei de patientia forsita sermo doctor est doctrine sue magister: rō docere cogitur: qualiter cōtra illata damna: contra au- ditas contumelias patientia seruetur. Sed cū ipse vel dā- no vel contumelia fuerit: accessit oblitus quod docuerit vel in lesione proximi: vel in reddendo grati⁹ contumelia excedit. Inter hec itaq; cogitet qui a mensa dei est: labij intus reflexerat: seruet quod predicat. Scriptum q; ppe est. In paciētia vestra possidebitis animas vestras. Et rursum scriptum est. Doctrina viri per paciētiā noscitur. Si itaq; q; index doctrine paciētia est: itaq; q; doct⁹ ostēdit: q; paciē- tiens fuerit. hinc est enim q; bonus ille discipulus q; ma- gistrū tolli in sera videbat: per magne charitatis affectū clamabat dicens. Pater mi: pater mi: currus israel et auriga eius. Quid est fratres charissimi q; helyas curr⁹ israel et auriga dicitur: nisi q; auriga agitatur currus portat: Dos

Homelia. xxi. Fo. cliij.

ctor ergo qui mores populi et per patientiam sustinet: et sacri eloquii verbis docet: et currus dicitur et auriga. Currus quia tolerando portat: auriga quia exhortando agitat. Currus quia mala sustinet: auriga quia populum in bonis admonitionibus exercet. Fortasse autem contra vanam gloriam sermo doctorum est. Et mire insinuans qualiter debeat declinari: et eisdem ipsis sermonibus vanam gloriam querit quibus contra eandem vanam gloriam disputat. Si igitur hoc appetit adipisci quod prohibet: mensa intus labium non reflectit. Tunc autem mensa domini ex quadris lapidibus extracta habebit intus: labium reflexum: si studuerit audire quod docet. Scriptum quippe est. Ne quid per contentiones: neque per inanem gloriam: neque eisdem rursus egregius predicator dicit. Nec querentes ab hominibus gloriam: neque a vobis neque ab alijs. De predicationis etenim labore laudem transitorie querere: quod est alijs quod rem magnam vili precio venundare. Sed est in doctrine verbis graue periculum: quia sepe sermonem docentium fauores audientium sequuntur. Et cum doctores ab eo quod bene innotuerint apperere iam minores in dictis nolunt: doctrinae verbum quod pro acquirendis alabur auditores ex omnipotens dei amore susceperunt: in hoc postmodum pro acquisitionis laudibus laborant. Et quod in verbis dei querebant prius: in lucra spiritus italia: temporales postmodum fauores sequuntur. Unde fit: ut siue recta quilibet opera seu sancte doctrine verba in omnipotentis dei iudicio pereant: cum per hec quibus quod transitorijs fauoribus anhelat. Hinc etenim per prophetam iude dicitur: quod in seipsam incauta mens inuenit: si saltem post culpam suas caute cogitationes rimetur. Oliuaz verberem: pulchram fructiferam: speciosam vocauit dominus nomen tuum. Ad vocem loquere gradis exarsit ignis in ea: et combusta sunt fructecta eius. Oliuaz quippe verberem et pulchram fructiferam et speciosam dominus vocat: cuius vel efficaciam in operantionem: vel sancta studia in verbis scie approbat. Sed ad vocem loquere gradis exarsit ignis in ea: quia cum laudari quis ceperit: erubescit forsitan minor videri: quod dicitur: et studet esse quod dicat. Vox ei gradis loquere est: fauor adulantis. Ut scriptum est. Qui benedicit primo suo voce gradis de nocte consurgens: filia est maledicentia. Ad vocem er-

Phil. ij.
i. Thes. ij.

hiere. xi.

proner. xxvij

U. l.

Liber secundus

Debt. 44.

go loquere grandis exarsit ignis in ea: quia in magnitudine fauoris flama in corde accenditur de amore laudis. Si oia oliue fructeta comburantur: quia ante omnipotentis dei oculos vel que bene gesta vel que scienter sunt dicta deperunt: cum iam non amore domini: sed intentione transitorie laudis sunt. Sic enim cogitationi bone cogitatio sinistra subditur: ut vix ipse qui easdem cogitationes generat animus cognoscat. Vnde predicator egregius cum loquens subtiliter dicebat. Vnus est sermo dei et efficax: et penetrabilior omni gladio incipit: et pertingens usque ad diuisionem ale ac spinae. Illico subiunxit. Compagum quoque et medullarum: et discretor cogitationum et intentionum cordis. Distinguit enim deus sermo compages et medullas: quia discretiuit cogitationes et intentiones cordis. per compages quoque ossibus ossa subito in. Et sepe dum quid recta cogitatione agimus: sed subito in laudis amore declinamus: atque hoc pro laude facimus quod prius facere pro veritate ceperamus: quia cogitationes cogitationibus adiunguntur: quasi quaedam compages sunt. Quod habent ossa que in compage iuncta sunt etiam medullas. Quod predicator sanctus apertius intulit cum subiunxit. Discretor cogitationum et intentionum cordis. Compages enim nostre cogitationes sunt. medulle autem intentiones. Et sepe aliud cogitamus: atque aliud est quod per cogitationem intendimus. Nam si quis proposito numerorum premio pupilli vel vidue causam defendat: et fortasse ecclesiam ingrediens in suis precibus deo dicat. Tu vides quia causam pupilli et vidue defendo. Iste proculdubio quod cogitat scit: sed quo intendit cogitatio ignorat. Aliud quippe cogitat atque alio intendit. Non enim defensionem pupilli vel vidue: sed mercedem numerorum querit. Nam tollere temporale premium: et non pupillum ac viduam defendere intendit. Sermo itaque dei discretor est cogitationum et intentionum cordis quia non aspicit quid apud temetipsum cogitas: sed per medullam compagis id est per intentionem cogitationis que accipere queris. Restat ergo ut doctor cum loquitur: quasi mensa dei semper intus labium reflectat: ne aut mala intentione loqui inchoet: aut cum bene cepit: seductus fauoribus in appetitum alium declinet: fortasse autem de custodia discipline sermo doctoris est. Et

Homelia. xxi. Fo. clxxx.

sepe etiā contingit: vt discipline regulam quam scit dicere
nesciat tenere: aut nimio zelo motus minus se per mā
suetudinem tēperat aut nimia māsuetudine placidus mi-
nus se contra vitiā in zeli stimulo instāmat. Magna enī cō-
sideratione debem⁹ pensare qđ scriptū est: qđ in vasis tem-
pli inter coronas et plectas: boues ⁊ leones ⁊ cherubim ex
culpa sūt: ⁊ subter boues ⁊ leones lora depēdētia. Corone
quippe signum victorie: plecte sūt concordie vnanimitatē
signant. cherubin vero plenitudo scientie dicuntur. Sacer-
dotes enim atq; doctores inter coronas ⁊ plectas idest in
fortitudinem boni operis quo ad victoriam currunt: ⁊ chās-
ritas concordiam quo a se vicissim non discrepant: per bou-
es et leones atq; cherubin designate sunt: quia in plentu-
dine scientie quam habent: necesse est vt bonum ⁊ māsuetu-
dinem teneant: et feruorem leonum quatinus in disciplinā
quam predicant et ex sancto zelo accensi sint: et ex pater-
na dulcedine tranquilli. Quibus subter se lora dependes-
ant: vt discipline sue retinacula quibus ipsi ligati sunt etiā
subiectis suis sollicitate impendant. Super eos enim lora de-
pendere est: custodie vincula subditis tenere. Que tunc re-
cte seruantur: cum nec bouum mansuetudo in zeli feruore a-
mittitur: nec leonum terror in mansuetudine declinatur.
Taura quippe debet esse discretio vt nec disciplina nimia
nec ipsa quoq; misericordia sit remissa. Ne si inordinate cul-
pa dimittitur: is qui est culpabilis in reatu grauius astrin-
gatur. Et rursus: si culpa immoderate retinetur: tāto qui
corrigi deterior fiat: qđto erga se nil ex benignitatis gra-
tia agi considerat. Exhibenda itaq; prauis est asperitas in
ostensione: charitas in mente: vt et dura ostensio delinq; uē-
tem coerceat: et charitatis custodia mercedem mansuetu-
dinis non omitat. Ecce dum loquor ioseph animam pub-
licat: vt ad ostendēda que dico ipse testis veniat. Certe som-
nium quod de profectu suo viderat fratribus narrans: per
hoc quod innocenter rettulit: malicie contra se stimulos ex-
citauit: ab eisdem fratribus h̄smaelit̄is est veditus: in egyptum
ductus: mira omnipotentis dñi dispensatione idem
egypt̄o prelat̄us est. Cumq; in terra chanaā fames exsur-
geret: fratres ad egypt̄ū venerunt: ioseph platum egypt̄o

ij. Re. 9.
C.

Sen. xxxvij.

Abidem.
Sen. xxxij.

U. 9.

Liber secundus

reppererūt: eūq; submissi ad terrā cervicibus adorauerūt
Et q; mutari dei cōsiliū nō valet quē iō vēdiderāt ne adoe-
rarent: adorauerunt: q; vendiderunt. Tunc ipse vir dei spi-
ritu discretionis plenus: cognouit fratres: nō cognitus. Et
memor culpe et remissor iniurie: mala fratrum nec reddere
studuit nec sine purgatione laxare. Nam suspecta voce p-
tinus dixit. Exploratores estis vos: vt, videatis infirmo-
ra terre venistis. iam nunc experimentum vestri captiui.
Per salutem pharaonis non egredimini hūc. O iaculum:
in corde peregrini venerant: famis periculum fugiebant:
frumenta que querebant non acceperant: et ferri se i supra
actione criminis videbant. Inter hec ducuntur ad carcerē
et post triduum adhuc in eadem asperitate terrentur. Post
reditur ad cor: iam culpe memoria pulsat animum: atq; in-
ter se inuicē loquuntur. Merito hec psumitur q; peccatum
in fratrem nostrum videntes angustiam anime illius cum
deprecaretur nos: et non audiuit. Idcirco venit super
nos ista tribulatio. In his autē cor ioseph amore vincitur
secessum petit: soluit stendo quod pietati debuit. Seuerus
ad fratres reuertitur: vt cruciatus eorum animum a culpa
liberaret. Post hec vnus religatur in vinculis: dimittuntur
ceteri cum frumentis: vt vnus frater veniat: que minimum
habere se dixerāt. Venit postmodum frater. Vincebat in-
tem pietas: cū frater innocens videretur: sed permanebat
in ostensione asperitas: vt fratres nocij purgarentur. Fru-
menta dantur: scyphus in sacco iunioris fratris abscondi-
tur: furti post eos questio mouetur. Mittitur vt reducatur
addicti in seruitutem discernitur apud quem scyphus fuit
set inuentus. In sacco vltimi fratris inuentur. Tunc veni-
mū reducitur: afflicti omnes fratres sequuntur. O tormen-
ta misericordie: cruciat: et amat. Reuersi igitur in terra cū
lachrymis prostrati: veniam postulant memores enim quid
de illo patri promiserant: merore intolerabili tabescebant.
Tunc se vltra cohibere non valens pietas clausa prorumpit
ad medium: et excussit charitatis lachrymas de vultu leno-
ritatis. Deterisa est ira que apparebat: et non erat ostensio
mia que erat nō apparebat. Sic vir sanctus facinus fra-
trum et dimisit et vindicauit. Sic in vigore clementiam te-

Gen. xli.

Ibidem.

Gen. xli.

Gen. xlii.

Homelia. xxi. Fo. clv.

nuit: vt delinquentibus fratribus nec sine vltione pius existeret nec sine pietate districtus. Ecce hoc est magisterium discipline: vt culpis ⁊ discrete nouerit parcere ⁊ pie refecere. Qui autem discretionis spiritum non hnt: aut sic dimittunt peccata vt non corrigant: aut si quasi corrigendo ferunt vt non dimittat. Doctor ergo cui de discipline modum ramine loqui necesse est: mensam dei esse se sciat: atq; in labium reflectat vt quod docendo loquitur: hoc sub discretionis spiritu vigilanter operetur. Nec si quedam sibi deesse considerat: oportet vt ab eorum predicatione conticescat. Locus quippe eius eriget vt loquatur. Verbis ergo suis semetipm quentat: ⁊ si non ideo loquit q; opatur: tō operetur q; loq; copellit. Ubi itaq; se conspicit ope implere qd dicit: ibi auditores admonet: eorūq; animos ad studium bone operationis accingat. Ubi autē necdū se videt implese qd loquit ad bona de quibus auditores admonet se quoq; pariter iustitiamer: vt ipse etiā simul discat in opere quod per eum loquitur veritas in predicatione. Sepe enim quod viuēdo nescimus compulli loqui doctrinā: loquendo discimus vt dū de cogitationis nostre pigritia reatus nascitur in mente eandem mentem compunctio subito oborta trāsuerberet: ⁊ sua voce exercitata et vigilat in opere: que punitorpebat in ocio sine voce. Ecce autem cum mense labium palmo tenditur id est cum per doctoris os contra vitia disputat: atq; ad bona opera cor auditorum accenditur: multi q; eius verba audiunt: quāta vel qualia mala perpetraverint recognoscūt: atq; ad eum confitentes veniunt eūq; p peccatis suis intercessorem fieri cum fletibus petunt: vt ipse orādo deleat culpas: q̄s p̄dicādo manifestat. Unde ⁊ subdit. Susper mensas autē carnes oblationis. Doctores eteni sc̄ti cū pro compunctis peccatoribus atq; confidentibus omnipotenti domino preces fundunt: per hoc q; ad veniā pro carnali eorū vita postulāt mense dñi carnes oblationis portāt. Ut ergo sint p quib; cōuersis ⁊ fletibus rogent: oportet vt eisdē pri⁹ in pctō positis predicent: ⁊ cum iā ceperint pctā relinquere: atq; ad inocētā festinare: necesse est vt erga eos in ore doctoris incrementa p̄dicatiōis excrescant et quibsdā doctrine sue verbo tāto vehemēt⁹ iustat: quāto eos gra-

Liber secundus.

Mat. viij.

nus cecidisse considerat videlicet sciens q̄ ipse tanto mercedem magne remunerationis accipiat: quanto magis alios de profundioribus peccatis leuat. Liber inter hec facti euangelij ad medium verba deducere cuius sacra hystoria per hoc quod factum est miraculum narrat: mira que quotidie aguntur denunciat. Nam cum confessi atq̄ ieiuni ad dominum populi conuenissent discipulis dominus dixit Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent ieiunium nec habent quid manducent: et si dimisero eos ieiunos in domos suas deficient in via. quidam enim ex eis de longe venerunt. Turba triduo dominum sustinet: quando multitudo fidelium peccata que perpetravit per penitentiam declinans: ad deum se in opere iocutione atq̄ in cogitatione conuertit. Quos dimittere ieiunos in domum suam dominus noluit ne deficient in via. quia videlicet conuersi peccatores in presentis vite via deficient: si in sua conscientia sine doctrine sacre pabulo dimittantur. Ne ergo lassentur in huius peregrinationis itinere: pascendi sumus sacra admonitione. Valde autem pensanda est pia sententia que processit ex ore veritatis: qua dicitur. Quidam enim ex eis de longe venerunt. Est autem qui nihil fraudis: nihil carnalium corruptionis expertus: ad omnipotentis dei seruitium festinauit. Iste de longinquo non venit: quia per incorruptionem et innocentiam proximus fuit. Alius nulla impudicitia: nullis flagitijs inquinatur solo autem coniugio expertus: ad ministerium spirituale conuersus est. Neq̄ iste venit de longinquo quia vsus coniunctione concessa per illicita non errauit. Alij vero post carnis flagitia: alij post falsa testimonis: alij post facta furta: alij post illatas violentias alij post perpetrata homicidia ad penitentiam redeunt: atq̄ ad omnipotentis dei seruitium conuertuntur hi videlicet ad dominum de longinquo veniunt. Quanto etenim quisq̄ longe in prauo opere errauit: tanto ab omnipotente domino longius recessit. Nam et prodigus filius qui patrem deseruit abiit in regionem longinquam: in qua porcos panit: q̄a vicia nutriunt. Dentur igitur alimenta eis etiam qui de longinquo veniunt: quia conuersis peccatoribus doctrine factate tibi prebendi sunt: vt in deum vires reparet: quas in his

Mat. viij.

Homelia. xxij. Fo. clvj.

sitis amiserunt. Qui sepe a doctoribus tanto necesse est
vt largioribus cibis doctrine satientur: quanto fessi maio-
ribus virtus venterunt. Et cum iam confiteri ceperint, mala
que commiserunt: atq; confitendo relinquere et fletibus pu-
nire necesse est vt doctores sancti pro eorum peccatis solli-
cite exorent: quatinus mese domini carnes oblationes por-
tent. Quod quotiens agunt: et in hoc pro alienis peccatis
interueniunt: sua ante dei oculos amplius detergunt: quia
ex ipsa charitate se iustificat qua mira pietate pro alienis
iniquitatibus se in lamento mactant. Nec laboriosum des-
bet esse doctori pro conuersis peccatoribus lachrymas fun-
dere: quando et ipse qui omnia creauit homo factus pro no-
stris iniquitatibus in cruce sanguinem fudit. Qui vniuersum
regnat cum patre in vnitatis spiritus sancti deus in seculis
seculorum.

Amen.

Homelia. xxij. & vltima.



Extra portam in-
terioriorem gazophilatia can-
torum in atrio interiori quod
erat in latere porte respiciē-
tis ad aquilones et facies eo-
rum contrariam australem:

vna ex latere porte orientalis: que respicie-
bat ad vltimam aquilonis. Et dixit ad me. Hoc
est gazophilatium quod respicit viam me-
ridianam sacerdotum qui excubant in cu-
stodiis templi porro gazophilatium quod
respicit ad viam aquilonis sacerdotum erit

ru. iij.

Liber secundus.

qui excubant ad ministeriū altaris. Isti sunt filii sadoch qui accedunt de filiis leui ad portum ut ministrent ei. Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum et latitudine centum cubitorum per quadrum et altare ante faciem templi. Et introduxit me in vestibulum templi: et mensus est vestibulū quinquaginta cubitis hinc et quinquaginta cubitis inde: et latitudinem porte trium cubitorum hinc et trium cubitorum inde: longitudinem autem vestibuli viginti cubitorum et latitudinem vnde cum cubitorum. Et octo gradibus ascendebatur ad eam: et colonne erant in frontibus una hinc et altera inde.

ps. cxviii.

Ibidem.



Acri eloquii mysti-

cos sensus prophetas per aspiratione sancti spiritus prudenter intelligit: et dicit. Mirabilia testimonia tua dō scribita est ea anima mea. Qui rursus ait. Reuela oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua. Qui enim necdum occulta de apertis intelligit: oculos velatos habet. Qui hō iam intelligit reuelatos. Et mirabilia de lege dei considerat: qui spiritualis littere verba discutiens que interius longitudo lateat pensat. Annō est mirabile quando aliud auribus sonat. atq; aliud exit ad intelligentiam quod non sonabat. Cui ergo verba sacri eloquii nisi lapidi similia dixerim in quo ignis ferro per scintilla

Homelia. xxij. Fo. clviij.

las micat. Atq; hoc emittit igne qui post ardeat: quod p̄us
manu frigidum tenebat. Sic etenim: sic verba sunt sacri elo
qui. Que quidem per narrationem littere frigida tenen
tur: sed si quis hec aspirante domino intento intellectu pul
sauerit: de mysticis eius sensibus ignem producit: vt in eius
verbis post animus spiritualiter ardeat: que prius per litte
ram ipse quoq; frigidus audiebat. Ecce etenim propheta
dicit. Et ex: ra portam interiorē gazophilatīa cantorum
in atrio interiori quod erat in latere porte respicientis ad
aquilonem et facies eorum contra viam australem vnam:
ex latere porte orientalis que respiciebat ad viam aquilo
nis. In his itaq; verbis littere ad amorem dei cuius animus
inferuescat quin potius quis non ex ipsa eorum lectione tes
tetur. Si autem latens in littera spiritalis medulla disci
tur per hoc scintille intellectus exeunt: et incendunt quod
prius cordis auribus frigidum sonabat. Nobis tamen vt se
aspirante domino interior intellectus aperiat ipsa p̄is nar
ratio supra litteram patefiat: ait enim. Quia porta erat in
terio atq; extra hanc atrium quod appellatur interius ac
deinde alie. i. aquilonis austris atq; orientis porte describitur:
vt ipsum atrium quod esse extra portam interiorē di
xerat a portis exterioribus esse interius ostendat. Atrium
ergo hoc et foris et intus est. Foris quia extra portam inter
riorem. intus autez quia intra portas exteriores. Gazophi
latia quoq; cantorum esse in hoc eodē atrio narratur que
a latere porte posita dicuntur respicientis ad aquilonem.
Sed ipsa eadem gazophilatīa ad australem viam respi
ciunt. Et subditur. Ex latere porte orientalis que respicie
bat ad viam aquilonis. In quibus verbis aperte intelligi
tur: quia cantorum gazophilatīa inter latus porte respicē
tis ad aquilonem et latus porte orientalis fuerant posita:
que portavidelicet respiciebat ad viam aquilonis. ffacies
itaq; gazophilatiorum contra viam australem sed positio
inter portam erat orientis et aquilonis. Porta ergo inte
rior habebat ex latere portam aquilonis ex alio quoq; la
tere portā australem. In fronte vero vestibuli orientalis por
ta surrexerat atq; sic atrium quod erat extra portam inter
riorem vt hoc quoq; esset interius: porte exterius ambie

Textus.

Textus.

Liber secundus.

bant. hec de verbis littere sub breuitate transcurrimus: vt
in eis sensus mysticos nō breuiter exquiramus. In parte au-
tem superiori tres porte descripte sunt. i. orientis aquilonis
& austru. Moxq; interioris atrij tres alie narrate. i. austrij
orientis: et aquilonis. Ac deinde porta atrij interioris dis-
ta est: in qua mense de quadris lapidibus extructe memo-
rantur: & porta que respiciebat ad aquilonem in qua immē-
se essent ad sacrificium: non ad holocaustum. Unde in inter-
iori diximus significare ecclesiam: in exteriori synagogam.
Sed his expletis rursus propheta incipit interiorē por-
tam: atq; tres alias. i. aquilonis / austrij / & orientis describer-
e: & in earum atrio interiori quod erat extra portam inter-
riorem esse gazophilatias / cantores / sacerdotes / templū / al-
tare / sacrificia perhibet. In quib⁹ verbis: quia de sancte ec-
clesie institutione narrare alia ab eis que superius dixerat
cepit: patet q; interioris porte intellectum mutauit. Si enim
sub vno intellectu omnia diceret: nouo ordine ipsa atq; alia
non replicaret. Nam quoniam possumus extra portam inter-
riorem atrium gazophilatias / cantores / sacerdotes / tem-
plum / altare / sacrificia dicere: si per eandem prophetiā in-
terior hoc loco sancta ecclesia designatur. Cum enim cū-
cta hec intra ipsam sint: quomodo extra portam interiores
sunt si extra ecclesiam non sunt? Intelligi ergo porta inter-
rior potest ea de qua iam longe superius locuti sumus: que
contra portā aquilonis & orientalem dicitur posita: per quas
figurari diximus aditū qui nobis ad interiora gaudia pa-
trie celestis aperit: vt hic quoq; p; portas circa vestibulum
narrant sancta ecclesia: per portam interiorē celestis res-
gni aditus figurent. Sed ne quis me verba sancti spiritus
estimet ad intellectum meum violenter inflectere: & dicat
q; de porta interiori significationem sancte ecclesie quā se-
mel dixi mutari nō debui: in fulgēte dei omnipotentis signē-
tia que cepimus ipsa teneamus: vt et porta interior signet
ecclesiam que nos ad interiora gaudia perducet: et gazo-
philatias / cantores / sacerdotes / templum / altare / sacrificia
sint in atrio quod est extra portā: & tñ extra ecclesiam nō sint.
Sic enim subtili inuestigatione perquirimus: nil obstat in-
telligi vt interiorē portam sicut dictū est sanctā ecclesiam

Homelia xxij. Fo. clviij.

sentiamus. De qua nunc dicitur. Et extra portam interiori
rem gazophilatia cantorum atrio interiori. Duo sunt et effi
que dicuntur. Porta interior: atq; extra hanc atriu interi^o.
Quatinus hoc ipsum atriu ⁊ exterius sit ⁊ interius. A pot
ta exterius: interius autē sicut prediximus portis quas nar
rando subiunxit. Sancta enim ecclesia duas vitas habet.
Unam quam tēporaliter ducit: aliam quam in eternum res
cipit. Unam qua laborat in terra: aliam qua remunerat in
celo. Una qua mercedes colligit: aliam vero in qua iam de
receptis mercedibus gaudet: atq; in vtraq; vita offert sa
crificium. Hic videlicet sacrificium cōpunctionis et illic sa
crificium laudis. De hoc sacrificio dicitur. **Sacrificiu deo**
spiritus contribulatus. De illo autem scriptum est. Tūc ac
ceptabis sacrificiū iustitie: oblatiōes ⁊ holocausta. De quo
nursus ait. Ut cantem tibi gloria mea: et non cōpungar. In
vtraq; autem sacrificio carnes offeruntur: quia hic oblatio
carnis est materatio corporis: ibi oblatio carnis est in lau
de dei gloria resurrectionis. Tunc quispe illic quasi in ho
locaustum offertur caro: quādo in eterna incorruptione per
mutata nil cōtradictionis: nil mortalitatis habuerit: quia
tota simul amoris eius ignibus accensa: in laude sine fine
permanebit. Porta ergo hęc interior. i. sancta ecclesia ha
beat interiora sua: illam videlicet vitam que adhuc oculis
nostris occulta est. Habeat **extra** eam atrium exterius. i. vt
tam presentem: in qua omne bonū agitur vt ad bonum sine
fine perueniat. Sint ergo in interiori atrio q̄ th extra por
tam est gazophilatia cantorū: qz electi quiq; atq; perfecti.
qz adhuc in carne mortali subsistunt: ⁊ intra sinum sunt san
cte ecclesie: et adhuc extra seci eta gaudia interioris vite.
Sint gazophilatia cantorum interius ⁊ exterius: qz corda
sanctorum que omnipotenti deo desiderium suum ⁊ magni
ardoris amorem cantant: etiam intus sunt: ⁊ adhuc int^o nō
sunt: quia in sancte ecclesie sinu posita ⁊ iam vident p̄ spiri
tum quod intus fortiter ament: et tamen adhuc non vident
perfecte quod amant. Sint itaq; in interiori atrio gazophi
latia: sed extra portā: vt iam ⁊ intus sint per desiderium: ⁊
adhuc intus nō sint p̄ plenariū effectū. Quid sunt autē gazo
philatia cantorū: nisi sancta desideria amantū? Qui pre

ps. l.

Ibidem.

ps. xxix.

Libert secundus

cepta diuina quasi quasdam diuitias custodit in mēte: quod
cārando seruāt: qz mādata dei nō ex timore: sed ex amore
p̄ficiunt: et sic ipse sacri eloquii p̄ceptiones cātābiles sūt:
quas nō ex tristitia: sed ex desiderio semper operant. Quis
tis cor iusti quasi cuiusdam cantoris gazophilatium audiret.
Cantabiles mihi erāt iustificaciones tue: in loco incolat
mei. Iustificaciones dei dicimus p̄cepta diuina: que nos
iustos faciunt si impleant. Que tunc nobis in loco incolat
nostri cantabiles fiunt: qm̄ in hac peregrinatione vite p̄s
sentis ipsa eadem mandata diligimus: et ex desiderio gazo
plemus. Hinc est q̄ idem psalmista iterum ex cantōrū gazo
philatio se esse insinuat: qui ait. Misericordiam ⁊ iudicium
cantabo tibi domine. Misericordiā domini qua peccata la
uant cantare etiā peccator debet. i. hanc cum gaudio dice
re atqz sperare. Sed quis ita iustus est: vt eius sibi eternū
iudiciū ante mentis oculos reuocet ⁊ nō contē emiscat? Bo
potius venire ad illud examen tanti iudicis presumat: festi
net ⁊ gaudeat: Quisquis ille est: magnus est. qz iam mis
ericordiam domini ⁊ iudicium cātat. Cantat quippe iudiciū
ad quod intrare nō trepidat. Sit ergo mēs illius gazophi
latium cantōrū: vt per diuitias misericordie quas accipit
letus pergat ad iudicium quod iam nō pertimescit. Uiden
mus si placeat fratres charissimi aliud quoqz gazophi
latium cantōris. forsitan ⁊ ipse iudicium cantat. Quid etenim
dicit? Ego enim iam delibor et tempus mee resolutionis
instat: bonum certamen certavi: cursum consummaui: fides
seruaui: de reliquo reposita est mihi corona iustitie: quam
reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Qui laborum
suorum conscius memor certaminis quod egit: memor fides
quam seruauit: esse sibi in iudicio repositam coronam dicit.
eamqz sibi in illa die reddi sperat potius q̄ donari. Profes
cto patet quia iudicium cantat quod venire desiderat. Unde
de etiā subdit. Non solum autem mihi: sed et his qui dil
ligunt aduentum eius. Nemo enim aduentum iudicis dicit
sit: nisi qui se habere causam in iudicio bonam nouit. For
tū ergo corda q̄ aduentū iusti iudicis diligunt gazophila
tia cantōrum sunt: quia per presumptionem gratie et vite:
per virtutes sancti desiderij cantant iusti iudicium: quod

Ps. cxvij.

Ps. c.

q. Thi. iij.

Ibidem

Homelia. xxij. Fo. clx.

oēs inuisi pertimescunt. Meminit autem charitas vestra
q̄ superiori locutione per portā orientis fidem: p̄ aquilōis
spem: p̄ austrī autē charitatē dirim⁹ designari. hec itaq̄
gazophilatia inter portā orientis et aquilonis esse memora
tur: atq̄ ad viā austrālē respicere: q̄ corda sacrorū inter fi
dē et spem posita austrālē viā respiciūt: qm̄ sc̄tē charitatis
ignibus inardescunt. Ipsa quoq̄ orientalis porta respicere
dicitur ad viam aquilonis: quā nobis per fidem quidem
omnia in baptisate peccata laxantur: sed tamen dum ad
huc hic viuimus: etiam post fidem sepius ad pctā declina
mus. Et quasi orientis porta viam aquilonis respicit: cum
vita nostra post pceptā fidem adhuc aliquatenus in frigo
re culpe torpescit. Quis enim in hac vita valeat post fidē
sine culpa viuere: cū iohānes dicat. Si dixerimus q̄ pctm̄
nō habem⁹ ipsi nos seducim⁹: et veritas in nobis nō est: Cu
ius. v̄bis iacob⁹ cōcordās ait. In multis ei offendimus oēs
Si autem peccata preterita in fide pceptione dimissa sunt:
et adhuc post fidem ad peccata declinatur: que nobis erit
presumptio iustitię: que spes vite permanētis: nisi vt dum
adhuc inter portam orientis et aquilonis sumus: ad viam
austrī mentis oculos leuemus quatinus ex sc̄tā charitate
feruentes calor nos amoris liberet a culpa teporis et frigo
ris. Sint ego gazophilatia inter portam orientis et aquilo
lonis: sed sicut dictum est ad australem viam facies inten
dant: vt inter hoc q̄ nati in fide sumus: et post ad peccata
delapsi de spe pietatis presumimus: exerceamus nomet
ipsos in ardoze charitatis: et ibi tendamus oculos cordis:
vbi accendamus ignibus amoris. Potest autem p̄ aquilonis
portam gentilitas: per austrī viā iudea. per orientis autem
portam ipse dominus designari. Per aquilonem quippe
non immerito gentilitas figuratur: quam ille qui in torpo
ris frigore possidet: qui dixit. Sededo in monte testame
ti: in lateribus aquilonis. Per australem quoq̄ portam re
cte iudea accipitur: in qua spirituales patres celesti amore
ferbuerūt: quorum vnus loquitur dicens. Conuerte dñe ca
pitularem nostrā: sicut torrens in austro. Que et si carnalem
pp̄m̄ habuit in quo velut aquilonis frigora portauit: in san
ctis tñ suis doctoribus ac pphetis ad dñm ac p̄imum ca:

I. Johan. l.

Jaco. ij.

Esa. xliij.

ps. cxv.

Liber secundus

zach. vi.
Luce. i.

lore charitatis arsit. Orientalis autē porta nō imerito spiritus
signat: de quo scriptū est. Ecce vir ories nomen eius. Et hoc
quo zacharias ait. Uisitauit nos oriens ex alto. Sicut ergo
gazophylaria cantorum ex latere porte aquilonis: quia nō
solum in iudea fuerunt corda sanctorum spiritaliter accens-
sa: sed etiam in gentilitatis multitudine ad sancte fidei sa-
cramenta conuersa ardent corda sanctorum amore celestis
patrie inhiant gaudia eterna: suspirant ad societatem san-
ctorum ciuium in celo: sed tamen exempla huius ardoris
quem dono sancti spiritus acceperūt a spiritalib⁹ patribus sy-
nagoge capite. Unde ipsa quoq; gazophylaria et in aquiloni-
nis latere posita: oculos ad viā austrāle tendunt. Ecce enim
ex gentibus uenimus: sed in hoc quoq; pro sancti spiritus amore
calemus. Iudee patres aspiciamus qui nobis in suis dictis
quotidie sancti desiderij exempla prebēt. An non quasi ca-
lore meridiani feruoris ardebat qui estuabat dicens. Si-
cut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat ani-
ma mea ad te deus. Sistiuit anima mea ad deum uiuū et
ueniam et parebo ante faciē dei: Qui rursus ait. Qui
et intelligam in uia immaculata: quando uenies ad me.
Hoc quoq; ardore succensus fuerat qui dicebat. Nunc di-
mittis domine seruum tuum secundū uerbum tuū in pace: quia
uiderunt oculi me salutare tuū. Qui et ex gentilitate uenim⁹
sed scōs iudee patres nobis in diuini amoris imitatione pro-
ponim⁹: quasi quādam cantorū gazophylaria ex latere porte
uia aquilonis respicit sumus: sed ad uia austru facies tene-
mus. Et notandū q̄ hec eadem gazophylaria inter portam
aquilonis: et orientis esse perhibentur. Quia uidelicet post
incarnationem dominicā multitudo gentium ad fidem ue-
nit: atq; inter ipsos fideles populos et sacramenta domini-
ce incarnationis que medullitus diligunt corda amantium
surgunt. habeant ergo sancti gazophylaria hinc orientis
portam et inde aquilonis quia inter ipsa redemptionis hinc
mysteria q̄ sequuntur: et carnales quosdā q̄ et inter sanctos
ecclesiā tolerāt multi in deū forti amore. proficiunt: uirtutibus
excrescūt: eterni iudicij aduentū q̄rūt: et inter ea q̄ amant
atq; illa q̄ tolerāt: quasi quedā gazophylaria diuitias spiritus
in mente seruāt. Nec iter sacramēta que diligunt et que in

ps. lxi.

ps. c.

Luce. ij.

Homelia. xxij. Fo. clj.

contraria portat deficient: quia ad australem viam facies intendunt
 Quid ei patimur quod pres nostrum pro amore domini antea non per
 tulerunt? Notandum vero quod iter portus austru et aquilonis omne
 talis portus esse describitur: quia dominus ac redemptor noster de in
 dea est natus. Moros in fide sua ecclesiam ex gentibus traxit
 Quasi enim inter meridianam portam et aquilonis appa
 ruit: quia ex illa venit et istam in suo seruitio conuertit. Un
 de et bene dicitur quod portus eadem orientalis ad viam respic
 cit aquilonis: quia natus dominus synagogam deseruit: et
 multitudinem gentium collegit. Notandum quoque est quod
 dum de gazophylatis diceretur: et facies eorum ad viam au
 stralem: additum est vna: videlicet apte sentiamus: quia
 non alia est via ad celestem patriam nobis quam ex gentilitate venis
 mus: atque alia illis patriis qui fuerunt in iudea. Sed hec ea
 dem vna via est nobis et illis quam nos ad eterna gaudia pducit
 que nobis per euangelium dicit. Ego sum via: veritas et vi
 ta. De qua psalmista ait. Ut cognoscamus in terra viam tuam:
 in omnibus gentibus salutare tuum. Quod enim hebraice
 Iesus: hoc latine dicitur salutaris. In terra ergo via
 cognoscitur: quia iesus deus ante secula: et homo factus in
 fine seculorum: gentibus est manifestatus. Una ergo est via
 et illis qui ab austro sunt: et his qui ab aquilonis portu respi
 ciunt: quia electis iudeis et gentibus dominus ac redemptor noster ex
 pulsa pena formidinis ad patrem factus est iter amoris:
 atque adiutorium petitionis. Sequitur. Et dixit ad me. Hoc
 gazophylatum quod respicit viam meridianam sacerdotum
 est: qui excubant in custodijs templi. Atque mox subditur.
 Porro gazophylatum quod respicit ad viam aquilonis sa
 cerdotum erit: qui excubant ad ministerium altaris. Qui
 bus propheta hinc prius nobis querendum est: qui sunt maiores
 ordinis sacerdotes: vtrum hi qui in custodijs excubant tes
 pli: an qui in ministerio altaris. Sed quia paulopost sub
 ditur: altare erat ante faciem templi: aperte ostenditur il
 los esse maiores ordinis sacerdotes qui in custodijs templi
 excubant: quia perfectio in altare quod est interi⁹ ministrat. Hi au
 tem qui ad altare quod inter faciem templi est excubant tanto inferio
 res sunt. quanto exterioribus ministrant. Querendum ergo nobis
 est: qui sacerdotes sunt qui templum custodiunt: et qui ad ministerium

Jo. xliij.
 pa. 19.

Textus.

Textus.

B.

Ziber secundus.

alatis excurbare prohibent. Adagister gentium fidelibus scribens ait. Templum domini sanctum est: quod estis vos. Qui sanctos sacerdotes sunt qui templum dei custodiant: nisi hi qui deo predicando: spiritualibus actibus vigilando: fratrum ecclesiam a malignorum spirituum intrationibus a pravorum insationibus: sub hereticorum erroribus defendunt. Non custos templi fuerat qui laboris sui passionis enuntians dicit. In labore et eruna: in vigiliis multis: in fame siti: in ieiuniis multis: in frigore et nuditate. Atque hanc scribit: veter illa que extrinsecus sunt infusa mea quorundam sollicitudo omnium ecclesiarum. Pensate quae inuestigabilia quaestiones sollicitudine vigilat. Ecce enim in seipso inuestigabilia patit: et cordis sui sollicitudinem alii sibi impartit. Rogo fratris est: plus de utilitate. primum quod de sua utilitate cogitare: Quis hoc digne estimet: Quis distinguat? Laborat luget: elurrit: sitit: alet: et leunat: vigilat: vigilando de ecclesiarum omnium sollicitudine cogitat: proce enim est solertissimus custos templi eterni in exemplo possessus. Amittetur: quod valet aduersus pro veritate patitur: proximo impendere: circa aliarum sollicitudinem vigilat. Ne quis in perfidiam: ne quis in superbiam: ne quis in prauitiam vel umbratiam labatur: exquirere atque custodire. Ne hoc est templum dei id est sancta ecclesia custodire: autem minoris ordinis sacerdotes: qui ad ministerium peccata excubant: qui videlicet in adiutorio maiorum peccata delinquentium subtiliter inuestigant: et vitam carnaliter corrigunt: atque ad hoc vigis perducunt: ut per lamentationem quasi incendiant carnem in sacrificio: quam pius corde permiserant in peccato. Non enim hi qui sanctas scripturas praesunt: per semetipsos cuncta agere proualent. Sed dum ipsi causas spiritualibus occupantur: si qua prauis actibus malis perpetrantur: haec aliis discurrenda atque corrigenda committunt. Per quos dum carnalia vicia corriguntur: ad abstinente atque orationis studium a proficentibus peruenitur: quasi in altare iam caro. incenditur: ut in conspectu omnipotentis domini inde sacrificium redoleat: cum eius culpa dissipabatur. Sed hac in re questio occurrit superius dictam sit quod sagax illata ad australem viam sit

Homelia. xxij. Fo. clxi.

res habent: qua rōne nunc dicatur: qz gazophilatus qđ respicit viam meridianaē sacerdotum est: qui excubāt in custodia templi: qz gazophilatum quod respicit viam aquilonis: sacerdotum qui excubant ad ministerium altaris. Si enim vtraqz factes ad australem viam tenebant: quomodo nunc vnum ad meridianam: atqz aliud ad aquilonis viam respicere dicitur? Sed in his verbis agnoscimus qz gazophilatum sacerdotum qui excubāt in custodia templi ita positū fuerat: vt solā meridianā viā respiceret: gazophilatus hō sacerdotū q̄ excubāt ad ministeriū altaris ita erat iustitius: vt ad australe viam q̄ aquilonis faciē intenderet quatinus cū gazophilatio sacerdotū q̄ excubāt i custodia iē p̄ meridianā viā aspiceret: q̄ sine gazophilatio eorum dē sacerdotū aquilonis viā videret. S; qđ ē hoc ftes charissimū: quid in his vrbis mysticū possumus intueri: nisi hoc qz secundu ea q̄ p̄missa sunt: iā spiritualis auditor intelligit? Qz sacerdotes maioris ordinis qui excubant in custodia templi solam meridianam viam respiciunt: quoniam solis studijs spiritualibus occupati: semper his que amoris dei sunt sollicitè intendunt. Sacerdotes autem minoris ordinis qui discutiēdis peccatis delinquentiū p̄sunt: etiā ad aquilonis viam oculos reflectunt: vt in mentes peccantium q̄ sunt operis frigora videant: qz hec verbis correptionis vsqz ad penitentie gemitus perducunt: quasi carnes in altare domus incendunt. Respiciant etiam cum magnis sacerdotibus ad meridianam viam: quia quantum ad semetipsos feruēt igne charitatis: qz succensī sunt flammis amoris dei. Sed qz peccata delinquentium crebro corrigunt: etiam ad aquilonis viam oculos reducunt. De vtriusqz aut sacerdotum ordinibus subditur. Isti sunt filij sadoch q̄ accedūt de filiis leui ad domini: vt minister ēt ei. Sadoch latine dicitur iustus. Quis autem iustus est nisi ipse cui dē. Iustus es dñe: qz restat iudicium tuum. Qui vero sunt filij iusti: nisi de quibus scriptū est. Quotquod aut crediderūt in eum: dedit eis potestatem filios dei fieri. Leui autem interpretatur assumptus. Quis aut assumptus est nisi populus fidelis: qui per sacramenta fidei est a p̄dis segregatus? Omnes ergo qui p̄seueranter spiritualibus actibus intendunt: filij sunt iusti.

xxi.

Textus.

ps. cxviii.
Johan. i.

Liber secundus

Et de filijs populi assumpti accedant ad dominum vt ministrent ei quia de ipsis quoq; fidelib⁹ eliguntur qui ad potentis dei ministerium veniant: & celestibus studijs pro eruditione populi intendant. Sed nobis solerter inquirendum est qui sint qui domino ministrant: neq; enim oēs q̄ legunt: omnes qui predicant: omnes q̄ ppria tribuūt: oēs q̄ p carnis abstinentiam corpus castigant: dño ministrant. Qui enim legendō atq; predicando gliaz ppriā q̄runt largiēdo q̄ hñt: et corpus in abstinentia macerado: laudes recipere ab hominibus appetunt: sibi nō domino ministrāt. Quo contra p̄ psalmistā dñs dicit. Ambulans in via immaculata: hic mihi ministrabat. Hic enim maculā in via q̄ in bono opere q̄ agit: terrene glie sibi premiū proponit. Quis qui in hoc mundo recipere mercedem querit: fedat i cōspectu dei spēm boni operis per maculam prave intentionis. Foras se etenim q̄s discipline studio intentus feruet: culpas delinquentium refecat. Qui tñ ad hec agenda si nō ex oportetis dei amore: sed zelo proprio ducitur: sibi in hīs nō domino ministrat. Alius ne asper esse videat: multa leniter tolerat q̄ prave ppetrant. Iste itaq; q̄ videri p̄ dño districtus non vult: per lenitatis sue studium sibi & non domino ministrat. Restat ergo vt siue i verbo ministerio fatigemur: seu indigentibus nostra largiamur: siue per abstinentiam carnem domemus: seu zelo moueamur: siue per paciētiaz alacritatem intentionem nram discutere: quatinus omne quod facimus non nostro: sed domini zelo faciamus: ne in hīs que agimus nobis potiusq; dño ministrem⁹. Non ei dño: sed sibi ministrauerāt: de quib⁹ paul⁹ dicebat. Oēs q̄ sua sunt q̄ moriendo festinabat dicens. Nemo nostrum sibi viuat: & ne mori sibi moritur. Siue enī viuim⁹: domino viuim⁹. siue morimur dño sum⁹. Sibi enim scilicet nec viuunt: nec moriuntur. Sibi nō viuunt: q̄ per oē q̄ agunt ad lucra spiritalia ambulānt atq; orando: predicando: sc̄tis operibus insistendo: celestis patrie ciues multiplicare desiderant. Sibi minime moriuntur: q̄ in conspectu hominū de li sua morte glorificat

ps. c.

Philip.

C

Ro. xiiij.

Homelia. xxij. Jo. clxij.

ad quera pervenire etiam moriendo festinat. Pŕsem⁹ itaq;
in morte sanctorum ſtuz eorū opprobrium ab infidelibus
fuit: ſed quanta laus dñi in corde fidelium excrevit. Qui ſi
ſuam laudem quererent: pfecto pŕz qz opprobria in morte
timuiſſent. Sed nemo illorum ſibi vivit: et nemo ſibi mori-
tur: quia ſua gloriā nec vivendo nec moriendo queſierit.
Uideamus ſi ipſe pŕm⁹ paſtor eccleſie q̄ ſibi non vixit: ſibi
ſit mortu⁹. Johānes ei⁹ ſocius requiratur: ⁊ de verbis do-
mini ex morte paſtoris eiſdem dicat hoc autē dixit ſignifi-
ficans qua morte clarificaturus eſſet deſi. Nō ergo ſibi eſt
mortuus qui deum clarificavit in morte. Diſcam⁹ igit fra-
tres mei intentionem noſtram in omne qđ agimus ſollicita
inquiſitione diſcutere: ⁊ noſtra nō q̄rere ſi omnipotēti deo
volum⁹ miſtrare. Sed qz ex fidelī pŕlo filioſo ſadoch ad of-
ficientis dei miſteriu⁹ dixim⁹ aſſumptos: niſiquid in eodē
populo non ſunt multi qui inveniuntur in mandatis dei vi-
vere perfecti: Sunt omnino. Nā ſubdit ⁊ meſ⁹ eſt atriu⁹ lō-
gitudinem centum cubitorum: ⁊ latitudinem centum cubi-
torū p quadrū. Sepe itā p longitudinē longanimitatē ſpei
p latitudinem vero charitatis amplitudinē diximus ſignifi-
cari. Centenarius autem numerus in quo denari⁹ decies du-
citur: quod ſummas pfectionis ſignet: plene ſup⁹ dictū eſt.
Quid eſt igitur atriu⁹ ſpiritualis edificij: niſi amplitudo fide-
liū populorū: Ipſa autem lōganimitas ſpei ⁊ latitudo cha-
ritatis vacua in cordibus fidelū non eſt. Nā p fidem qđqđ
valet operat. Unde ⁊ per paulum dicitur. In xpō Jeſu ne-
qz circumciſio aliquid valet neqz pŕputium: ſed fides que
